



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum**

**Halden, Johann Baptist**

**Brixinæ, 1717**

Titulus XII. Singularia Festorum Mensis Decembris, qui habet Dies XXXI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39937**

in Ecclesia universali, & si Festum duplex ejusdem Claf-  
in aliqua Ecclesia particulari si-  
transferuntur? & Minus Di-  
præferendum esse in utriusque  
positione magis dignum. Unde  
nem sit colligendum, quodnam  
Festum sit dignius altero in Casu a-  
liquo controverso, vide apud Gob.  
Tr. 5. n. 658. in Append. appendi-  
cis à lit. u. & apud me infra P. III.  
De Translat. Festorum in Corolla-  
rijs Tituli 6. De Occurrentia & Con-  
currentia Festor.

## TITULUS XII.

### Singularia Festorum Mensis Decem- bris, qui habet Dies XXXI.

**A**nte Adventum prima Die  
hujus Mensis non impeditâ  
Officiò 9. Lectionum dicitur  
Officium Defunctorum cum  
de iisdem Vesperis, modò  
ultima Mensis Nov. ad finem  
e declarò : quod tamen Offi-  
cium juxta ibi dicta non dic. ratio-  
ne Mensis intra Adventum, sed tunc  
(nempe in Adventu) solummodo  
in Ferijs secundis Officiò 9. Lectio-  
num non impeditis, & extra Vi-  
giliam Nativitatis Domini occur-  
rentibus.

I. Si hodie occurrat DOMI-  
nica I. Adventus, fit de ea, vt supra  
P. I. & initio Proprij de Tempore  
in Breviario & Missali Romano, cum  
Commemoratione (at sine Suffra-  
gijs Sanctorum) in II. hodiernis  
Vesperis de S. Bibiana. Col. Vio-  
lacea.

Quando Festum S. ANDREÆ

[D d d 3]

occurrit in Dominica, tunc in Ec-  
clesia universali transfertur in ho-  
diernam Feriam II. fitque de eo ho-  
die Officium, & Missa modò heri  
declaratò, cum Commemorat: Do-  
minicæ I. Advent. in 1. Vesperis, in  
Laudibus verò, Missâ, ac II. Vesperia  
de Feria Adventus hodie occurren-  
te, cui Commemorationi in 2. Ve-  
speris præmittitur etiam Comme-  
moratio de Festo Seq: S. Bibianæ V.  
& M. Col. Rub.

Quando autem hodierna Dies  
est prima Dies hujus Mensis non  
impedita Officiò 9. Lectionum,  
tunc hodie fit Officium & Missa de  
Fer: curr. ut supra P. I. Hebdomadâ  
V. Novembris ac I. Adventus: &  
siquidem nondum currit Tempus  
Adventuale, dic: quoque hodie post  
Laudes Diei unum Nocturnum Of-  
ficij Defunctorum ( Feriæ currenti  
correspondens, ut in Rubrica, Of-  
ficiò

ficio Defunctorum præfixa) cum *Laudibus* eorumdem, ac in *Missis privatis* penultima Oratio tunc est *Fidelium*; *Missæ* autem *Principalis* [quotidiana] dicitur tunc generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & alijs cum 3. Orationibus, ut ibi, nisi hodie occurrat *Sabbatum*; tunc enim *Missæ private* dic: de B. V. Maria in Sabbato, cum *Gloria* sine *Credo*. Orat. 2. *Fidelium*. 3. de S. Spiritu. Præf. de B. V. *Et Te in Veneratione*. In fin. *Ita*, ac Evangelium S. Joannis: in *Ecclesijs* autem *Cathedralibus*, & *Collegiatis* dicuntur tunc 2. *Missæ* *Convent.* una pro *Defunctis* post *Primam*, aut dictas in *Choro* *Vigilias* *Defunctorum*, nempe *Quotidiana*, ut ibi, & paulò antè. *Col. nig.* Altera de S. Maria in Sabbato ex ejus votivis à Pentec: ad *Advent.* cum *Glor.* sine *Cred.* Orat. 2. de S. Spiritu 3. *Ecclesia*, vel pro *Papa*, ac reliquis, ut paulò superius. *Col. Alb.* Si verò jam currat *Tempus Adventuale*, tunc, si hodierna *Dies* sit 1. *Dies non impedita* *Officiò* 9. *Lectionum*, sit de *Feria* *curr.* *Adventus*, ut suprà P. I. *Hebd. I.* *Adventus*, & *Feriâ II.* post *Dominicam I.* *Adventus* in *Breviario Roman.*

*Vespera*, si hodie factum sit de ea, nec cras occurrat *Dominica*, dic. sub *Ritu Semidupl.* de *Festo* seq. S. *Bibianæ V.* & *M.* ut in 1. *Vesperis* de *Communi Virg.* exceptâ *Orat.* quæ

est propria, & siquidem currat *Tempus Adventuale*, sit in ijs *Commemoratio* de *Feria* *curr.* sine *Sollemnijs* *Sanctorum*, quæ tamen dicuntur, si veniat ante *Adventum*, & non currat aliqua *Octava*: *Preces* autem *Dominicales* ad *Complector.* dicuntur etiam in *Adventu*, nisi *Officium* fiat de *duplici*, aut *Die infra Octavam*. *Col. Rub.*

Quòd si cras occurrat *Dominica* *Adventus*, *Vesperæ* hodiernæ, nisi hodie factum sit de *Festo* 9. *Lectionum* aut de *Die infra Octavam*, dic. usque ad *Capitulum* de *Sabbato* *curr.* ut in *Psalterio*, à *Capitulo* *curr.* rem de *Dominica I.* *Adventus*, *initiò* *Proprij* de *Tempore* in *Breviario Roman.* sine *Suffragijs* *Sanctorum*, utpote cessantibus à *Vesperis* *Sabbati* usque post *Octavam* *Epiph.* & in fine *Officij* usque ad *Vesperas* de *Nativ. Domini* dicitur *Antiphona*: *Alma Redemptoris* cum *Versu*: *Angelus Domini* &c. & *Oratio* *Gratiam tuam* &c. *Festum* autem *Bibianæ* occurrens *crastinâ* *Dominicâ* *transfertur* eò *annò* in *Dies* *proximam* *Festò* 9. *Lectionum* *non impeditam*, esto alicubi *transmissa* *debeat* quandoque *ultra* *Diem* 11. *Decembris*; quia, licet in *posterioribus* *Brev. Recognitione* decretum sit, ab eo *Die* usque ad *Epiph.* *includit* nihil fieri posse, ne *Commemorationem* quidem, de aliqua *Octava*, quæ non habetur in *Calendario Roman.*

mano; non tamen perinde prohibe-  
bitum est facere intra illud Tem-  
pus de Festo translato, si illud ob  
Dies præcedentes omnes Officijs 9.  
Lectio impeditis citius celebra-  
ri non potuit: imò si etiam toto  
Mense Decembri nulla suppetat  
Dies, quâ Festum aliquod transla-  
tum alicubi, aut aliquando possit  
celebrari, potest illud in Diem non  
impeditam sequentis anni trans-  
ferri: & ita quoad utrumque de-  
terminam esse ajunt à. Sac. Rit. Con-  
gregat.

2. S. BIBIANÆ Virg. & Mart.  
Semid. cum Suffragijs Sanctor: ( ex-  
tra Adventum ) & Precibus Dominica-  
lis suis locis, nisi alicubi currat ali-  
qua Octava. Col. Rub. Si veniat hoc  
Festum in Dominica, transfertur in Ec-  
clesia universalî, seu ubi non est Du-  
plex, extra Advent. in Diem proxi-  
mam Officiò 9. Lectio non im-  
peditam: alioqui fit hodie de illo  
Officium, ut in Comuni V. & M.  
Lect. I. Noct. de Script. occur. nisi  
ponendum simul fit initium alicu-  
ius anterioris Prophetiæ &c. II. &  
III. Noct. ut notantur in propr. lo-  
co. Oratio pariter propr: cui ( si  
veniat hoc Festum in Adventu )  
subiungenda est Commemoratio de  
Feria occur: Adventus in Laudibus,  
& utrisque Vesperis sine Suffragijs  
Sanctor: quâ alioquin extra Adven-  
tum, nisi currat aliqua Octava, di-  
ci debent.

MISSA: *Me expectaverunt* ( 2.  
de Comuni V. & M. ) exceptâ 1.  
Oratione, quæ est propria, non ta-  
men perinde correspondens ei *Secre-  
ta, ac Postcommunio*. Dic. in ea *Glor. si-  
ne Cred.* Si veniat in Adventu, 2.  
Oratio est de Feria Adventus, sumi-  
tûrque ex Dominica præcedente. 3.  
*DELIS, qui de B. M. V.* concluditurque  
unâ cum sua *Secreta, & Postcommu-  
nitione*, per Verba: *Per eundem &c.*  
Si autem veniat extra Adv. 2. Oratio  
est *A cunctis*. 3. *ad lib. Præf. Commun.*  
*Col. Rub.*

*Vesperæ de S. Francisco Xave-  
rio* Conf. in Ecclesia universalî sub  
Ritu dupl: minore, ut in Commu-  
ni Conf. Non Pontif. in 1. Vesperis,  
excepta Oratione, quæ est propria;  
fitque in Ecclesia universalî Com-  
memoratio Festi præcedentis, aut ( si  
hodie factum fuerit de Dominica )  
Dominicæ occur: fit quoque Com-  
memoratio Feriæ Adventus, at post  
Commemorationem de S. Bibiana,  
si hodiernum ejus Festum incidat in  
Feriam Adventus. Col. Alb. Quia  
autem hodierna Dies est Dies, quâ  
*Obijt S. Xaver.* magnus ille India-  
rum, & Japoniæ Apostolus, ideo,  
nisi crastinum ejus Festum ulterius  
transferatur ( uti contingit, quan-  
do in Diem 3. Decembris incidit  
Dominica I. Adventus ) in Hymno:  
*Iste Confessor &c* non est mutandus 3.  
Versus, sed dicendum: *Hâc die la-  
tus meruit beatas &c.* ut ipsum à plu-  
ribus

gibus jam annis monet Directorium Romanum : quia nempe S. R. C. 1683. 13. Januar. universim decrevisse fertur, si Festum S. Confessoris transferatur in proximè sequentem Diem, in Hymno : *Iste Confessor nullam faciendam esse mutationem Versiculi, sed dicendum : Meruit beatas, dummodo 1. Vesperæ non sint impeditæ.* Et quia Directorium Romanum, Ordinans Vesperas hodiernæ Diei, absolute dicit: In Hymno *Iste Confessor dicendum esse Versum : Hæc die letus meruit beatas*, sine restrictione ad primas tantum Vesperas, sequenti autem Die nullius mutationis in dicto Hymno faciendæ facit mentionem, ut ut sequens Dies non sit Dies Obitus (cujusmodi tamen mentionem alioqui facere non omittit, cum facienda est mutatio) ideo insinuare videtur, sequenti quoque Die in *Matutino*, & *II. Vesperis* nullam faciendam esse mutationem circa Versum dicti Hymni, sed cras quoque (& consequenter in Societate JESU per totam Octavam) dicendum omnino : *meruit beatas*; id quod omnino præscribit inspectum quoddam à me Directorium. Accedit etiam Ratio; quia, quando ratione *Diei Obitus* in *1. Vesperis Festi* dicitur ille Hymnus sine Verborum illorum mutatione, jam acquiritur Hymno illi, & Festo Jus ratione illius Diei, ut etiam cras & per totam Octavam (ubi eam habet) dicatur, sicuti ratione *Diei Obitus* pro *1. Vesperis*, & pro *Octava* acquiritur Jus Festi *alioquin Ss. Confessorum*, in ipsam *Diem Obitus* incidentibus, ac Octavam incidentibus, esto hi non obierint in Die, quò de ijs fit infra Octavam aut in *Professis*, seu *primis Vesperis* eorum; unde mihi non parum videtur suspecta illa novorum quorundam Breviariorum extra Romanam impressorum Rubrica, quæ in *Die III. Decembris* præfigitur, quæ sonat : *Ad Matutinum, & in 1. Vesperis mutatur in Hymno tertius Versus* : eò quòd ex una parte de mutatione præter morem juxta *Obitum* fileat Directorium Romanum prædictum Diem; Die autem præcedente absolute (h. e. sine restrictione ad *1. Vesperas tantum*) dicitur : *In Hymno : Iste Confessor, dicitur Versus : meruit beatas* : ex altera autem parte Breviariorum ac *Missionarium* extra Romanam impressorum Rubricis non semper fit fidenter, cum non desint *Exempla Supplementarum*, aut manifestum quorundamque errorum continentium, quorum prioribus an etiam paulò antè relata novorum Breviariorum accensenda, Romæ Responsum inspecto. Et ecce post hæc *chartis* mandata, tranfit hæc *Rotunda* Patrum quispiam, per plures annos ibi versatus inter Nostros, qui &

Oretenus, & exhibitio mihi respon-  
 sio manuscripto est contestatus, mo-  
 rem esse Romæ, ut in proposito Ca-  
 su non mutetur 3. Versus, etiam in  
 Martino, & 2. Vesperis Festi, in  
 Diem immediatè sequentem trans-  
 latum, sed in eo quoque, ac per totam  
 Octavam dicatur *Hac die letus*  
*meruit beatas scendere sedes.* Mori  
 hic suffragatur Praxis ipsius Eccle-  
 siæ universalis Die 26. Maij: nam  
 S. Philippus Nerius [ut notat Go-  
 bat Tom. 1. P. 1. Tr. 5. n. 659. in  
 Appendice Appendicis lit. p.] obiit  
 die 25. Maij, & tamen ejus Festum  
 sine ulla mutatione 3. versiculi in  
 Hymno *Iste Confessor* celebratur in  
 Ecclesia universalis regulariter Die  
 26. Maij, ita, ut *Vespera prima* de-  
 cantentur re ipsa ipsius verò die na-  
 tali, seu *Obitus*; *Matutinum* autem, &  
 secunda *Vespera* Die ejus *natali* per-  
 tinentem *juris* tali, ut loquitur citatus  
 Gobat: sicut enim (inquit) Jure-  
 Consulti, quorum genium sectantur  
 Leges, Locutionesque Ecclesiasticæ,  
 ac Breviarij, sexcenties dicunt, hoc  
 esse illud *fictione juris* haberi pro ve-  
 ro, quod tamen à parte rei falsum  
 est (ut pluribus tum ibi, tum alibi ex-  
 emplificat) ita etiam ab Ecclesia  
 & habitum olim fuisse, & de facto  
 haberi aliquando *fictione juris* pro Na-  
 tali alicujus S. Confessoris illum  
 Diem, qui re ipsa non est *Natalis*  
 seu *Dies obitus* asseverat: Id quod  
 inde quoque confirmat, quod omnes

[ Pars II. ]

unà cum Gavanto Tom. 2. S. 8. c. 3.  
 n. 7. teneant, omnes Dies alicu-  
 jus Festi habentis Octavam censerì  
 esse unum Diem cum primo, & id-  
 circo esse æquè in Octavo, atque in  
 primo, psallendum: *Hac die letus*  
*meruit beatas &c.* Per *Primum* autem  
 Diem intelligere se illum, quò in-  
 choatur Officium de S. Confessore  
 per decantationem prædicti Hymni  
 in *Primis* ejusdem Vesperis, per hoc  
 satis indicat citatus Gobat, quòd  
 mox subjungat pro Exemplo S. Phi-  
 lippum Nerium, de quo in Hymno:  
*Iste Confessor &c* non tantum Die 25.  
 Maij, quò obiit, in *Primis* ejusdem  
 Vesperis, sed etiam Die 26. Maij,  
 adeoque postridie ejusdem obitus,  
 dicitur, *Hac die letus meruit beatas &c.*  
 quia nempe Dies posterior, imò o-  
 mnes totius Octavæ, ubi aliquam  
 habet, censentur esse unus cum pri-  
 mo, quo coli incipit ejus obitus, in  
 illum incidens: Videtur quidem  
 Gavantus locò citatò sentire contra-  
 rium, ac velle, quòd, quando Fe-  
 stum Confessoris occurrens in Do-  
 minica transfertur in Feriam II. im-  
 mediatè subsequentem, dici debeat  
 in Feria illà II. *Meruit supremos*, non  
 obstante, quòd pridie dici debuerit  
 in primis Vesperis: *Meruit beatas &c*;  
 eò quòd verè die illo obiit, hoc au-  
 tem de Feria II. subsequente non  
 verificetur. Verum, præterquam  
 quòd Gavantus loco cit: non satis  
 clarè loquatur ( quantum attinet ad  
 [ E e e ] mo-

modum dicendi 3. Versum Hymni *Iste Confessor* in Feria II. Die obitus mox subsequente) si ex eo capite in Casu, quo Festum alicujus S. Confessoris celebratur Die, *Diem Obitus* immediate subsequente, in *Primis* tantum *Vesperis*, seu Die, quo *Obiit*, non autem etiam proximè sequenti, in quem translatum est ejus Festum, dici debet: *meruit beatas &c.*, quò die præcedente *revera obiit*, non item subsequente, tunc sequitur 1. quòd etiam in Festo S. Philippi Nerij ita mutandus sit 3. Versus contra Breviarium Romanum. Sequitur 2. quòd tam in *primis Vesperis*, quàm *infra Octavam* etiam illorum Ss. Confessorum Is sit mutandus, quorum Festa non transferuntur in Diem aliam, sed eò, quo obierunt, Die celebrantur; cum de hoc solo, non autem de *Die* hunc præcedente, nec de *Diebus eundem* subsequentibus verificetur, quòd Die illo obierint: Sequelam autem hanc quis admitte? sicut ergo per hoc, quòd Festum, quòd incipit à 1. *suis Vesperis*, cum *tota sua Octava* sit velut unus idemque Dies, juxta ipsius Gavanti Doctrinam in Casu, quò celebratur Die suo proprio, ejusmodi Festum acquirit Jus, ut Hymnus *Iste Confessor* sine mutatione 3. Versus non tantum eo Die, sed etiam pridie in 1. *Vesperis*, & Diebus subsequentibus dicatur, siquidem de eo in illis dicatur Officium, non ob-

stante, quòd nec eo die, quò de ipso dicuntur 1. *Vesperæ*, nec in obierit Diebus, quibus de ipso infra Octavam sit Officium, ita etiam in Casu, quò 1. saltem *Vesperæ* dicuntur in Die obitus de aliquo Confessore in Diem immediate subsequentem translato, sine mutatione 3. Versus in Hymno *Iste Confessor*, ratione illarum 1. *Vesperarum*, in Die obitus sine mutatione 3. Versus in Hymno dictarum, acquirere ut Hymnus de eo sine mutatione alius Versiculi dicatur die etiam immediate sequente, ac per totam Octavam, si de ipso fiat Officium, ob eandem, ac supra dictas rationes. Et hæc ad Autoritatem ac Rationem Gavanti in Contrarium allegati; quæ utraq; etiam ex eo confirmatur capite, quòd Is scriptor ante Decreta S. R. C. ab Henrico Pisart Tit. X. Reflex. 11. in suo Direct. Canon. his verbis allegat: *Quandocumque Festum alicujus S. Confessoris transfertur in Diem ab eius obitu immediate sequentem, non est mutandum* 3. *Versus in Hymno Iste Confessor* juxta Decreta S. Congreg. die 13. Junii 1682. Et adhuc clariùs in eodem Tractatu in Communi Sacrosancti n. 5. ubi ita scribit. Anno 1682. *congregatio, non mutandum hunc Versum [meruit beatas &c.] neque in primis, neque in secundis Vesperis in Casu posito; nam Dies Obitus & Decretum positionis pro uno eodemque repertum*

Quæ Decreta ( Si authentica  
Breviarijs post ea à se editis ad Diem  
Decembris hanc inseruere Rubri-  
cam : In Hymno ad Matutinum , & ad  
Vesperas mutatur 3. Versiculus , & dic-  
tæ die lætus meruit supremos lau-  
dibus honores.

Quando Festum S. Bibianæ  
incidit in Sabbatum , tunc , quia cra-  
stinum Festum S. Francisci Xaverij,  
ob incidentem in Diem III. Decem-  
bris Dominicam I. Adventûs , juxta  
Rubricas est transferendum in Diem  
proximam non impeditam Officiò 9. Le-  
ctionum ( etiam ibi , ubi est *Patro-*  
*cinium Ecclesie* , adeoque *Duplex 1. Clas-*  
*sis* , uti est Lucernæ in Helveria , at-  
que etiam Tridenti apud P. P. Soc.  
JESU ) hodiernæ Vesperæ usque ad  
Capitulum dicendæ sunt de S. Bibia-  
næ à Capitulo verò de Dominica I.  
Adventûs , ut in Principio Proprij  
de Tempore , & supra P. I. suo lo-  
cò , omisis Suffragijs Sanctorum  
( non tamen Precibus Dominicali-  
bus ad Compleror. ) aliâque ob-  
servando ibidem & superius 30. No-  
vembrijs &c. circa dicendas in tali  
Casu Vesperas &c. annotata.

In Societate JESU Festum S.  
Francisci Xaverij est duplex 2. Clas-  
sis , & in ijs locis , in quibus est Fe-  
stum *Patrocinijs* &c. ( uti Tridenti ,  
& Lucernæ ) omnino 1. *Classis* , ce-  
lebraturque utrobique cum *Octava* ,

Societate JESU non fit Commemo-  
ratio de Festo Semiduplici præce-  
dente , bene tamen de præcedente  
*Dominicâ majorè* , aut *Feriâ Adventûs* ,  
si hodie alterutra occurrat. *Color*  
*Albus*.

3. S. FRANCISCI XAVERII Conf.  
& Soc. JESU. In Eccles. universali  
dupl. min. *Col. Alb.* Quando ve-  
nit in Dominica hoc Festum , tunc  
ubique , id est non modò ibi , ubi hoc  
est duplex 2. vel adhuc *inferioris Clas-*  
*sis* , sed etiam ibi , ubi tanquam *Pa-*  
*tronus Ecclesie Titularis* , aut *principalis*  
*Loci* est dupl. 1. *Classis* , debet id ob oc-  
currentem hodie Dominicam I. Ad-  
ventûs ( utpote nulli Festo ceden-  
dentem , sed contra quoddamque si-  
mul occurrens omnimodè privile-  
giatam ) *transferri* juxta Rubricas in  
Diem proximam Officiò 9. Lection:  
non impeditam. Alioqui fit hodie  
de S. Francisc. Xav. in Ecclesia  
universali Officium , & Missa in hunc  
modum : In Offic. Lect. I. Noct.  
de Script. occur. II. Nocturni propr.  
III. *Euntes in Mundum* &c. ut in  
Festo SS. Cyriaci , & Socior. MM.  
8. Aug. vel propr. locò in recentio-  
ribus Breviarijs. Oratio pariter  
propr. Reliqua omnia , ut in Com-  
muni Conf. NonPontif. An mu-  
tandus verò hodie 3. Versus in Hy-  
mno : *Iste Confessor* , conicere lice-  
bit ex ijs , quæ dicta sunt heri. In  
*Laudibus* fit *Commemoratio Ferie*  
ac proinde in primis ejus Vesperis in  
da

[Ecc2]



da ex Laudibus Dominicæ præcedentis. *Missæ* propr. cum *Gloria* (at sine *Credo*; in Ecclesia universali) cumque Commemoratione de *Feria Adventus* ex *Missæ* Dominicæ præcedentis. Præf. Communis.

In II. *Vesperis* sic in Ecclesia universali Commemoratio de *Feria Adventus*; & S. Barbaræ V. & M. cui utrique præmittitur Commemoratio de S. Bibiana, quando hujus Festum ob incidentem in Diem 2. Decembris Dominicam I. Adventus, transfertur in Diem crastinam (uti factum in Ecclesia universali 1703. & tunc pro Commemorat. S. Barbaræ ponenda est hodie Antiphona: *Simile est &c.* Versus autem: *Diffusa &c.* ex Laudibus de *Communi* Virg. Col. Alb. Ubi autem (uti in pluribus *Germania* locis) S. Barbara celebratur Ritu duplici minore, ibi hodiernæ *Vesperæ* à Capitulo dic. de illa cum Commemorat. præced. & *Feriæ* *Adventus* (Col. Rub.) nisi cras occurrat Dominica, tunc enim juxta Rubric. de *translat. Festorum* S. Barbara, ubi non est Patrona propriæ Ecclesiæ, transfertur in Diem proximam non impeditam, & hodiernæ *Vesperæ* integræ tunc dicuntur de S. Francisc. Xaver. cum Commemorat. de Dominica II. *Adventus* tantum. Col. Alb. Addidi tamen: ubi S. Barbara non est Patrona Ecclesiæ; nam ubi

S. Barbara, tanquam Patrona Ecclesiæ est duplex 1. *Classis*, ibi occurrat in Dominica majore tantum 1. *Classis*, (qualis Dominica major) *Classis* est *Dominica II. Adventus* non transfertur, sed habet hodie integras *Vesperas* cum Commemoratione *Dominica* tantum, atque ad fine Commemorat. duplicis imminuat præcedentis. Col. Rub. Et cras de eadem S. Barbara fit ibi Officium & *Missæ*, ut in *Communi* Virg. proprio illius loci, cum 9. *Letterne* de Dominica in *Officio*, ejusdemque in *Laudibus*, & *Missæ* Commemoratione, ac ultimo in hac *Evangelio*. Col. Rub.

Quando S. Francisc. Xaver. venit in Sabbatho, tunc in Ecclesia universali hodie in 2. *Vesperis* fit Commemoratio Dominicæ sequentis, & S. Barbaræ. Col. Alb.

In Diœcesi Constantiensis occurrat hodie *Dies Octava* S. Constantii Episcop. ac Patroni illius Diœceseos, cui *Dies Octava* juxta Rubric. de *Translat. Festor. n. 2.* cedere debet S. Francisc. Xaverius, adeoque transferri, nisi ubi celebratur Ritu 2. aut 1. *Classis*; nam ibi ab illis qui tenentur ad celebrandam *Octavam*, fit de *Die Octava* solummodo Commemoratio in *Missæ*, & *Officio* dicendis de S. Franc. Xaver. Quod ipsum etiam tunc observandum, quando *Dies Octava* incidit in Dominicam I. *Adventus*: tunc enim po-

Officium, & Missa dicuntur de  
Dominica currente, de Die Octava au-  
tem solummodo Gommemoratio.

Ritu duplici 2. Classis, & cum  
celebratur S. Franciscus Xa-  
verius in Societate JESU: Ritu au-  
tem duplici 1. Classis, & itidem cum  
ibi, ubi est Patronus Principalis,  
vel Titularis Loci, aut Ecclesia: u-  
triusque verò Lectiones I. Noctur-  
nae sunt: *Justus, si morte &c.*  
in Communi Conf. non Pontif.  
utrobique in utrisque Vesperis,  
Missas, ac Missa (in qua Credo)  
Gommemoratio de Feria, aut (respe-  
ctive) de Dominicâ Adventûs oc-  
currente, aut concurrente: Ubi  
aut tantum 2. Classis celebratur,  
in II. Vesperis post Commemo-  
rationem de Feria, aut, si cras oc-  
currit Dominica, post Commemo-  
rationem Dominicæ, faciendâ est e-  
adem Gommemoratio de Festo Sim-  
plicem (v. g. de S. Barbara,  
ubi hæc habet Riturum solummodo  
Simplicem) ante Gommemoratio-  
nem autem Feriæ de Festo sequen-  
tis duplici, aut Semiduplici, si quod  
duplex inferioris Classis, aut Semiduplex  
sequatur. Ubi verò S. Fran-  
ciscus Xaverius celebratur Ritu du-  
plici 1. Classis, ibi in II. Vesperis  
Gommemoratio Dominicæ, si quæ  
occurrat, & ante hanc Festi  
Simplicis, post illam verò Festi Se-  
miduplicis sequentis; item Com-

memoratio Feriæ Adventûs, si quæ  
hodie occurrat, ante hujus verò  
Gommemorationem Festi duplicis,  
aut Semiduplicis sequentis; nulla  
verò omnino fit ibi in II. Vesperis  
Gommemoratio de Festo simplici  
sequente, esto fieri debeat etiam i-  
bi Gommemoratio de Feria Advent-  
occurrente. Col. Alb.

Quando Festum S. Franciscî  
Xaverij in Dominicam I. Adventûs in-  
cidit, illud in Societate JESU non mo-  
dò quoad Officium & Missam, sed e-  
tiam quoad Indulgentias plenarias (o-  
mnibus utriusque Sexus Fidelibus  
verè Pœnitentibus, Confessis, & SS.  
Corporis Christi Sacramento refe-  
ctis, Societatis Ecclesias, vel earum  
aliquam in Festo Ss Xaverij à pri-  
mis ejusdem Vesperis usque ad oc-  
suscum solis sequentis Diei devote vi-  
sitantibus, ibique devotas ad DEUM  
Preces pro impetranda unione, &  
concordia Principum Christianorum,  
Hæresum Extirpatione ac Sanctæ  
Matris Ecclesiæ Exaltatione funden-  
tibus à Gregorio Pap. XV. in Bul-  
lâ: *Splendor paterna Gloria*, 8. Junij  
1622. emanatâ primitus concessas,  
postmodum verò ab alijs Summis  
Pontificibus Confirmatas) transferrî  
jussit Ss. D. N. Clemens XI. in Bul-  
la, hac super re Romæ Typis e-  
ditâ 1703. in Feriam II. mox subse-  
quentem, adeoque in Diem 4. De-  
cembris, prout jam olim (nempe an-  
nò 1651. 27. Octobr.) in Casu Inci-  
den-

[E e 3]

dentia hujus Festi in Dominicam I. Adventus, transferri ejus celebrationem unà cum Indulgentia in eam Feriam mandavit Innocentius Papa X. perpetuis futuris temporibus; cujus Breve ( non obstante Brevi Alexandri VIII. de anno 1662. inferius allegando ) Ss. D. N. ad Preces per P. Procuratorem Generalem Societatis sibi porrectas innovavit, seu confirmavit. Quia verò Dies 4. Decembris in multis locis, in quibus Versatur Societas, est impedita Festo duplici S. Barbaræ, etiam respectu Societatis, utpote cum Consensu Superiorum in celebrandis Festis *duplicibus* ( alicubi etiam *semiduplicibus* ) Clero Diocesano illorum locorum se conformantis, orum est dubium, ac quæstio: an etiam in ejusmodi locis in Casu, quò Festum S. Francisc. Xaver. incidit in Dominicam I. Adventus, id transferendum sit in Feriam II. immediatè subsequentem ( adeoque in Diem 4. Decembris ) à Patribus Societatis? an verò in ejusmodi locis etiam tunc conformare ipsi se possint reliquo Clero tam in celebrando Festo S. Barbaræ die suò consuetò, nempe 4. Decembris, quàm etiam in transferendo Festo S. Francisci Xaverij in Diem illum alium, nullò penitus Festò 9. Lætionum, ne quidem Diocesano, impeditum, quò alij Festum translatum S. Xaverij ex præscripto Ru-

bricarum celebrant ( v. g. in Die 5. aut 9. Decembris ) & simul eum transferre, seu proponere plenam Indulgentias eò Die tunc possunt Festo Divi Xaverij alioquin annexas, postquam illud à Die Obiit nempe Die 11. Decembris ( qui primus unà cum Indulgentijs plenarijs à Gregor. XV. concessis celebrabatur ) fuit ab Alexandro VII. tunc modò quoad Officium; & Missam sed etiam quoad Indulgentias plenarias ad Diem 3. Decembris translatum. Debere Patres Societatis etiam in ejusmodi locis in Feriam II. subsequentem, seu Diem 4. Decembris Festum S. Indiarum Apostoli transferre, non obstante Festò 9. Lætionum Diocesano in ea occurrente, videtur manifestè probari ex eo, quòd in eam Diem, h. e. Feriam II. mox subsequentem determinatè transferri Festum S. Xaverij unà cum Indulgentijs annò 1702. 24. Novembri petierit ac impetraverit per P. Procuratorem suum Generalem Societas, & quidem propter uniformitatem pro se univèrsim spectatam: ergo cum ejus Petitioni annuerit sanctissimus, & in eam Feriam unà cum Indulgentijs illud determinatè transferri, Die illo, & non aliò, celebrandum in Societate, nisi alicubi Dies illa fuerit impedita Festò altioris, Ritus, nempe Duplicis Classis &c. tunc enim transferendum quidem ulterius in ejusmodi loco

loco erit Festum S. Xaverij, at non pe-  
 unde ibi transferentur Indulgen-  
 tiae, ut patet ex Decret. S. R. C.  
 anno 1679. 20. Septembr. Vicif-  
 ter non debere Patres Societatis in  
 quomodocumque locis in Casu dicto Festum  
 S. Xaverij incidens in Domini-  
 cam I. Adventus, sequenti mox Fe-  
 stum II. nempe Die 4. Decembris,  
 Festum 9. Lectionum Diocesano im-  
 pedita, celebrare, sed posse eos,  
 debere illud perinde, ac reli-  
 quae Clerus saltem quoad Officium, &  
 Missam transferre in Diem aliam  
 Festum 9. Lectionum impedi-  
 tam, suadere videbantur ipsae Ru-  
 bricae Breviarii Tit. IX. de Commemo-  
 ratione 3. & Tit. X. de Translat. Fes-  
 torum. Ubi disertè asseritur: si a-  
 liquod Festum duplex vel semiduplex  
 occurrat in Dominica majore 1. Classis  
 (qualis est Dominica I. Adventus)  
 transferendum id esse in primam  
 Diem Festi duplici, vel semiduplici in  
 ea occurrente non impeditam, atqui  
 in quomodocumque locis, in quibus 4. De-  
 cembris celebratur Ritu duplici Fe-  
 stum occurrens S. Barbarae etiam à  
 Societate, Dies quarta Decembris  
 est Dies Festi duplici impedita, etiam  
 respectu Patrum Societatis: ergo  
 Festum S. Xaverij occurrens in  
 Dominica I. Adventus, non erit  
 in illam, sed aliam similiter non  
 impeditam quoad Officium, & Mis-  
 sam transferendum. Neque ob-  
 stare videbatur 1. quòd Festum S.

Barbarae sit tantum duplex minus, &  
 Loci alicujus solummodo particularis,  
 Festum autem S. Xaverij sit Festum  
 Ecclesiae universalis, & insuper duplex  
 2. Classis in Societate; tum quia Ru-  
 bricae loquuntur universaliter; tum  
 quia habet ubique recepta Praxis,  
 ut Festa etiam universalis Ecclesiae,  
 & Duplicia 1. Classis ( nisi circa ali-  
 quod illorum ex speciali causa spe-  
 cialis fiat Dispositio ) non transfe-  
 rantur in Diem Festi Duplici minore,  
 etiam solummodo Diocesano impe-  
 ditam, ut patet in Festo S. Josephi,  
 quod incidens in majorem Hebdo-  
 madem non transfertur in Diem Fe-  
 sto duplici vel Semiduplici alicujus  
 particularis loci impeditam post O-  
 ctavam Paschae. Neque obstarè  
 videbatur 2. quòd Ss. D. N. ad In-  
 stantiam Societatis id perentis Fe-  
 stum S. Francisci Xaverij occurrens  
 in Dominica I. Adventus jussit una  
 cum Indulgentijs plenarijs cele-  
 brari Feria II. mox subsequente, a-  
 deoque die 4. Decembris, ut Olim  
 ante Alexandrum VII. Tempore In-  
 noc. X. quia praesumendus videba-  
 tur id tantum sic ordinasse ex sup-  
 positione, quòd Dies illa non sit im-  
 pedita Festo 9. Lectionum ( ut  
 non impedita est Romae, & in Ec-  
 clesia universali, ubi de S. Barbarae  
 non sit Officium 9. Lectionum, sed  
 tantum Commemoratio ) simulque  
 hac sua ordinatione, quae Festum  
 Xaverianum una cum Indulgentijs  
 trans.

transferrī mandavit in Casu proposito in Diem Festo 9. Lectionum in Ecclesia universali non impeditam, tacite quoque in Diem taliter non impeditam, respectu aliorum etiam locorum transluisse non modò *Festum S. Xaverij*, sed etiam *Indulgentias* pro ejus Festo concessas à suis Antecessoribus, quando id incidit in *Dominicam Adventus*; cum non aliter præsumendus sit voluisse id transferrī in universa Societate, quàm salvis per omnia Rubricis de Translatione Festorum, hæc autem tunc in universa salventur Societate, si perinde, ac Romæ, etiam extra illam Festum Xaverianum in Diem nullo Festo 9. Lectionum impeditam eò in Casu transferatur; cumque unà cum Festo transferrī *Indulgentias* non tantum Romæ, sed etiam extra illam in Societatis Ecclesijs voluerit, tacite quoque unà cum ipso Festo in ejusmodi Diem transferrī illas ubique voluisse videbatur Non nemini præsumendus; præsertim, cum, si in ejusmodi locis Communes de Translatione Festorum Regulæ observentur, ac utroque Die, quò nempe & S. Barbara, & S. Xaverius in tali loco respectivè celebrantur, ipsa quoque Societas Conformer se reliquo Clero, non modò utriusque Festi Solemnitati magis consuli, sed etiam ipsa utroque die observata utrobique uniformitas majori futura ædificationi Fidelibus vide-

antur, quàm si Die 4. Decembris ad Societatis Ecclesias Confluere exteri Sacerdotes facerent ad nostras Aras in Paratu Rubro de S. Barbara, Nobis facientibus in Paratu Rubro de S. Francisc. Xaver. An huic Discursum de Indulgentijs, cum Festo in Diem aliam Festi Lectionum non impeditam in eodem locis tacite ac virtualiter translatis, non parum favere quæ videbantur illa, quæ leguntur apud P. Gobar. Tom. I. Tr. VI. à n. 654. que ad n. 659. Sublatum egerit omne hac in parte Dubium, & difficultas fuisset, si petatum, & impetratum à Ss. D. N. Decretum ejus Tenoris, cujus erat illud, quod olim, nempe anno 1638. Die 2. Decembr. cum Festum S. Francisc. Xaverij etiamnum Die 2. Decembris (quæ 1552. obiit) regulariter celebrabatur, petatum, ac impetratum fuerat ab Urbano Papa VIII. in quo Is potestatem Societati faceret Festum S. Francisc. Xaverij, incidens in Dominicam I. Adventus unà cum *Indulgentijs* à Die 2. Decembris transferendi in unum ex diebus *Novæ Hæcavæ* illius non impeditam, nulla determinatione facta ad Feriam 2. uti videre est apud cit. Gobar. n. 657. & 657. At quoniam, postquam eodem Festum ex Decr. Alexandri VII. Pontif. à Die 2. Decembris in Diem 3. Decembris anno 1662. S. J. unà cum *Indulgentijs* stabiliter trans-

translatum, & Indulgentiæ plenariæ, quæ eidem Festo Die 2. Decembris celebrato annexæ erant, ad eundem Diem 3. ab eodem Pontifice pariter translatae sunt, nulla facta mentione casus Incidentiæ illius in Dominicam I. Adventûs, an illi etiam pro tunc unâ cum Festo transferantur Indulgentiæ, & in eundem diem tunc Festum Xaverianum sic transferendum; Decretum tamen simile Decreto Urbani VIII. supra allegato Societas à sede Apostolica non petivit, sed simile illi, Innocentius X. in Casu Incidentiæ Festi Xaveriani in Dominicam I. Adventûs mandavit, ut ejus Festi celebratio in Feriam II. immediate subsequenter futuris etiam per tempora Temporibus transferatur, expressè petivit ac impetravit ( ut manifestum est ex Bulla declaratoria à D. N. Clement. XI. supra allegata ) ideo ortum mox est prædictum dubium, & in locis, in quibus Festum S. Barbaræ est Festum Lectionum, prædicta statim mota est difficultas; cùmque præviderem, anno 1713. occursum ipsum hunc casum, rursusque morum iri hanc controversiam, ideo 1711. litteris Romanis datis dubium hoc, unâ cum aliis quibusdam, ibidem Nostris populo, simulque Rationes dubitanti, paulò antè in utramque Partem adductas, in scripto exhibui, incipimusque inde est in Provin-

[ Pars II. ]

ciam, ijs non obstantibus, etiam ibi, ubi S. Barbara est Festum duplex, hoc translato in Casu Incidentiæ Festi Xaveriani in Dominicam I. Adventûs, istud transferendum esse cum Indulgentiis in Diem 4. Decembris, seu Feriam II. post Dominicam Adventûs, & hoc vi Brevis Innocentij X. ac Ss. D. N. Clementis XI. specialem hanc Dispositionem pro dicto casu facientium, similem nempe omnino illi, quæ Festum Annuntiationis B. V. M. incidens in Feriam VI. Parasceves, aut Sabbatum sanctum transferendum est de Mandato Alexandri VIII. in Feriam II. post Dominicam in Albis, dummodo in ea non occurrat Festum altioris Ritûs: quæ Exceptio etiam in nostro casu sub intelligitur: unde si alicubi S. Barbara sit Patrona, adeoque Festum duplex 1. Classis, tunc secundùm Rubricas debet quidem à Nostris in ejusmodi loco transferri Festum ac Officium S. Xaverij in aliam Diem infra Octavam, Festo 9. Lectionum non impeditam, at non transferentur cum Festo S. Xav. etiam Indulgentiæ, propter obstantis Decr. S.R.C. de anno 1670. 30. Sept. vel, ut Alij citant, 10. Jun. 1690. supra allegatum ( ut pariter responsû est Romæ ) seclusò speciali Sedis Apostolicæ Indultò, cujusmodi etiam ibi est opus, ubi Festum S. Xaverij nec die 3. nec die 4. Dec. potest unquam seu à Nostris, seu etiam alijs

[ E. ff ]

alijs

alijs Diocesanis celebrari, uti Veld-  
 kirchij Rhætorum, ubi, uti & in  
 tota Diœcesi Curiensi, in qua Diem  
 fixam 2. Decembris etiamnum, ut  
 olim, habet; eò quòd ibi die 3. De-  
 cembris occurrat Festum S. Lucij pri-  
 marij Diœceseos Patroni, in Cho-  
 ro & foro celebre Ritu dupl. 1. Claf-  
 sis; die verò 4. Decembr. occurrat Fe-  
 stum S. Emeritæ sororis S. Lucij,  
 quod ibidem est duplex 2. Clafsis.  
 De reliquo notandum hîc superest,  
 quòd, quando Festum S. Francisci  
 Xaverij incidens in Dominicam I.  
 Adventûs transfertur in Diem aliam,  
 non ideo etiam transferatur *Dies O-*  
*stava*, sed perinde, ac si Festum non  
 fuisset translatum, faciendam tunc  
 fit de *Die Octava* Commemoratio in  
*Officio*, & *Missa* sequentis Dominicæ  
 II. Adventûs, sumenda ex die Festi,  
 uti præscribit Rubric. Gener. X. n. 1.  
 modò ibi, ac infra die 9. ac 10.  
 declarandò.

4. In *Ecclesia universali* fit hodie  
 in *Officio* ( seu *Dominicali*, seu  
*feriali* Adventûs ) Commemoratio  
 de S. BARBARA V. & M. in pridianis  
 scilicet Vesperis, Laudibus, ac *Mis-*  
*sa* hodiernæ seu *Feria*, seu *Domini-*  
*ca*. Oratio : *DEUS, qui inter Cetera*  
*&c.* ut in *Commun. V. M. 1. locò*.  
*Vesperæ*, ut suò locò P. I. cum *Com-*  
*memoracione* S. Sabbæ. Quòd si  
*Festum* S. Bibianæ occurrens in *Do-*  
*minica* transferatur in hanc Diem,  
 nullò aliò Festò 9. *Lectio*num im-

peditam, *Officium*, & *Missa* dic. In  
 die de S. Bibiana, ut supra die 2.  
 Decembr: cum *Commemoracione*  
*Feria*, & S. Barbara ( pro qua  
 Antiphona : *Veni Sponsa Christi* &c.  
 & Versus : *Specie tua &c.* sumuntur  
*Laudibus* ex 1. Vesperis de *Com-*  
*muni Virg.* ) in *Officio* & *Missa*.  
 Quòd si hodie occurrat *Sabbatum*,  
 non fit faciendum de Festo 9. *Le-*  
*ctionum*, *Officium* fit feriale, ut in  
*Psalterio* : *Invitatorium* tamen, &  
*Hymnus* dic. de *Dominica* præcedentis.  
*Lectio*nes verò sunt propr. & *Re-*  
*sponsorialia* assignata in *Loc. ex 1.*  
*Nocturn.* *Dominicæ* præcedentis, ut  
 qua etiam sumuntur *Oratio*, & *An-*  
*tiphonæ* per *Horas*. In *Laudibus*  
 ( in quibus fit *Commemoratio* de  
 S. Barbara ) *Antiphonæ* ad *Psalmos*  
 dicuntur, ut in *Psalm.* per annum : *Cap-*  
 verò, *Hymn*: & *Vers.* uti notantur  
*Feria* II. post *Dominicam* I. *Adven-*  
*tus*, cum propria ad *Benedictus* *Antiphona*.  
 In iisdem *Laudibus*, & per  
*Horas* dic. *Preces* feriales, ut supra.  
 In *Responsorio* Brevi ad *Primum*  
*Vers.* *Qui venturus es in mundum.* Ad  
*Absolutionem* Capituli : *Dominica* *de-*  
*serere &c.* ut in *Psalterio*. *Capitula*  
 & *Responsorialia* Brevia ad *Tertiam*  
*sextam*, & *Nonam*, ut ibid. & *Feria*  
 II. post *Dominicam* I. *Adven-*  
*tus*. *Missa* privata de *Dominica* præcedentis  
 sed sine *Glor.* & *Credo*. Post *Cra-*  
 duale quoque omittitur *Alleluia*, &  
 Versus sequens. Oratio 2. de S. Bar-  
 bara

bara ex die curr. vel Missa : Loque-  
 tur ( 1. de Communi V. M. ) 3. DEUS  
 qui de B. M. V. uti notatur Domini-  
 ca præced. & cum Correspondente  
 præced. ac Postcommunione, quoties est  
 ultima, terminanda per Verba :  
 Per eundem Dominum &c. Præf. Com-  
 muni. In fin: Benedicamus, & Evang:  
 S. Joannis. Col. Viol. At verò Mis-  
 sa principalis in Sabbato Tempore Ad-  
 ventus ( quando non occurrit fieri  
 de Fests 9. Lestionum, aut de Die in-  
 ter Octavam, aut de Sabb. 4. Tempo-  
 re ) dic. ex votiv. B. M. V. in Ad-  
 ventu [ Rorate ] in Paramentis albis  
 cum Glor. sine Cred. & in ea Orat.  
 de Feria ex Dominica præced. 3.  
 nem est hodie de S. Barbara. Præ-  
 f. de B. V. Et Te in veneratione.  
 In fin. Ite, cum Evang. S. Joann. &  
 eadem B. V. in Sabbato dici e-  
 nam possunt in hujusmodi Casu  
 Missæ private, itidem in Paramentis al-  
 bis, ac verò Color Altaris debet etiam  
 in tali Missa sequi Officium ( quod  
 nem est feriale ) atque adeò es-  
 se Violaceus juxta Gav. alibi cit. Si  
 non occurrit in hujusmodi Sabbato  
 Festum Simplex, Oratio 3. in Mis-  
 sa de B. Virgine est de S. Spiritu.  
 Casus hic accidit annò 1702. die 16.  
 Decembr. Vesperæ feriales, ut in Sab-  
 bato per annum usque ad Capitu-  
 lum, à Capitulo autem de Domi-  
 nica II. Adventus, ut ibi. Com-  
 memorat, S. Sabbæ Abbatis. Col. Vio-  
 laceus.

Ubi Festum S. BARBARÆ est  
 Dupl. vel Semidupl. ibi occurrens in  
 Dominica transfertur quoad Offic. &  
 Miss. in diem proximam Offic. 9. Le-  
 ction. non impeditam, alioqui in e-  
 jusmodi loco fit hodie de illo, ut in  
 Communi V. M. & Proprio illius  
 loci, vel Dicecesis, cum Commem-  
 oratione Feriæ Adventus, vel Domi-  
 nica II. Adventus, si tanquam Patro-  
 na, adeoque ut duplex 1. Classis  
 alicubi in eâ Dominicâ celebretur.  
 Quòd si alicubi sit duplex ma-  
 jus, aut 1. vel 2. Classis, Lect. I.  
 Nocturni non dicuntur de Script. oc-  
 curr: sed sumendæ sunt ex I. No-  
 cturno de Communi Virg.  
 In Societate Jesu ( in qua  
 Festum S. Francisci Xaverij celebra-  
 tur sub Ritu duplici 2. Classis, &  
 cum Octava, Officium, & Missa ho-  
 die sic ordinantur : Si Festum S.  
 Xaverij incidit in Dominicam, a-  
 deoque hodie est Feria II. tunc il-  
 lud in Societate JESU juxta dicta  
 die præcedente transfertur unâ cum  
 Indulgentijs in hodiernam Feriam  
 II. quâ fit de illo, ut supra, cum Com-  
 memoratione Dominicæ I. Adven-  
 tus in 1. Vesperis, at tamen sine  
 Commemoratione de S. Barbara in  
 illis : hodie autem post Commem-  
 orationem de Feria Adventus fit  
 etiam Commemoratio de S. Barba-  
 ra ( ubi hæc Ritu simplici celebra-  
 tur ) in Laudibus, nec nõn in Missis  
 privatis, sed de ista in his 2. folijs, de





de Feria autem etiam in *Missâ solenni*. Quod si alicubi S. Barbara etiam in Societate JESU sit Festum 9. Lectio- num, tunc in Casu, quò Festum S. Xaverij incidit in Dominicam I. Adventûs, etiam in tali loco ex Indulto Clementis XI. de die 24. Novembr. 1702. *Festum S. Xaverij*, unà cum Indulgentia plenaria, ( à Sede Apostolica pro ejus Festo concessa ) transfertur in diem hodiernam, hoc est, diem 4. Decembris, Festum autem S. Barbaræ transfertur à Nostri- bus in ejusmodi loco in diem aliam proximè non impeditam Festo 9. Lectio- num, nisi alicubi Festum S. Barbaræ sit Festum 1. Classis; tunc enim non ejus Festum ac Officium, sed Festum & Officium S. Xaverij juxta Rubricas est transferendum, ac non transfertur tunc Indulgentia ( seclusò speciali Indulto Pontificiò ) unà cum Festo S. Xaverij, ut patet ex Decreto S. R. C. annò, ac die supr. cit. Sive autem in hoc, sive in præcedenti Casu ( quò incidit in Dominicam I. Adventûs ) Festum S. Xaverij dictò modò transferatur, *Dies Octava* tamen Festi Xaveriani nunquam transfertur, sed manet suo locò, nempe die 10. Dec. ac si Festum non fuisset translatum, ut suprâ dictum; atque tunc observanda erunt inferiùs die 9. & 10. hujus Mensis annoranda. Quòd si autem Festum S. Francisci Xaverij non incidat in *Dominicam*, tunc ibi, ubi S. Barbara habet illummodò *Ritum simplicem* ( uti Romæ, ac in Ecclesia universalitè ) hodie ( nisi sit *Dies Dominica* ) in Societate JESU de *Die 2. infra Octavam S. Xaverij*, dicendo omnia, ut in Festo, ac *Ritu Semidupli.* Lect. Noct. de Scriptur. occurrit. In II. Nocturno *Sermo S. Joann. Chryso- stomi Beati Francisci Dies &c.* ex Commemoratione Confessor. non Pontif. 1. locò, ut in Proprio Festorum Soc. JESU. In III. Nocturno, ut in die Festi *Laudibus*, & *Missâ* sit Commemoratio Fer. ut in Propr. de Temp. S. Barbaræ. In II. verò Vesperis dicendis sub *Ritu Semidupli.* ut in Vesperis Festi ( nisi cras occurrat Dominica; tunc enim à Capitulo cendæ forent de Dominica Sequente, ut in Propr. de Tempore, cum Commemorati. Octavæ, & S. Sab- bæ ) sit Commemoratio Fer. ut in Propr. de Temp. & S. Sab- bæ: ut in *Communi Confessoris* habitis in 1. Vesperis. *Col. Alb.* Ut autem Festum S. Barbaræ etiam in Societate JESU celebratur hodie *ritu duplici*, ibi de Octava S. Francisci Xaverij fit in *Officio & Missâ* hodie solummodo Commemoratio, tamen ante Commemorationem de Feria, sed post Commemorationem de Dominica sequente, si que occurrat, in hodiernis Vesperis. Quòd si alicubi Festum S. Xaverij transferretur in diem V. Decem-

bris, tunc hodiernæ Vesperæ, cum  
 moratione 3. Versus in Hymno *Iste*  
*Confessor*, dicendæ essent de S. Franc.  
 Xaverio, cum Commemoratione Festi  
 duplicis præcedentis, & Feriæ tan-  
 tum (vel Dominicæ hodie occur-  
 rentis, si hodie factum fuisset de Do-  
 minica) sine Commemorat: de S.  
 Sabba, siquidem S. Xav. alicubi cele-  
 bratur sub Ritu dupl. 1. aut 2. Classis;  
 tunc tantum sub Ritu *duplici mi-*  
 nore, tunc tantum dicendæ forent à  
 Capitulo de S. Xaverio; Commemo-  
 rationi autè Dupl. præcedentis, ac Fe-  
 riæ hodiernæ Adventus etiam Com-  
 memoratio de S. Sabba esset Superad-  
 dita &c. Col. alb.

Si hodie in Societate JESU  
 occurrat Dominica infra Oct. S. Franc.  
 Xaverij, tunc in Officio, & Missa  
 Dominicæ sit Commemoratio de O-  
 ctava, nec non in 1. Vesperis, Laudibus,  
 & Missa ejusdem Dominicæ etiam  
 Commemoratio de Festo Simpliciter  
 hodie occurrente, ubi tale occurrit,  
 ut in 2. Vesperis de Festo simplici  
 sequente: Color autem tam in Missa,  
 quam in Officio, debet tunc conve-  
 nire Dominicæ (adeoque esse Violaceus)  
 utque ad Vesperas 2. incullivè, si  
 hæc sit de Dominica, non autem O-  
 ctavæ, uti fit in Dominicis infra Octa-  
 vâ Festorum extra Adventum & Qua-  
 regesimam occurrentibus; id quod e-  
 rit pro Octavis aliorum Festorum  
 in Adventu occurrentium est obser-  
 vandum.

5. In Ecclesia universali or-  
 dinantur hodie Officium & Missa eò  
 respectivè, ac proportionaliter mo-  
 dò, quò 4. hujus, cum Commemo-  
 rat: S. Sabbæ Abbat in *Laudibus*, &  
*Missâ. Col. Viol.* Vesperæ de Festo  
 dupl. seq. cum Commemorat. Feriæ,  
 vel Dominicæ hodie occurr. Col. Alb.

In Societate JESU autem sic  
 hodie, regulariter loquendo, de die  
 3. infra Octavam Ritu heri declaratò.  
 Lectio I. Nocturn. de Scripur. occu-  
 currente. In II. Nocturn. dicuntur de  
 Sermone S. Joannis Chrysof: Ad  
 hanc beatam Requiem &c, ut in  
 Octavario Romano die 3. infra O-  
 ctav. Confess. non Pontif. & Propr.  
 Societ. siquidem die 4. hujus jam semel  
 sit factum de die infra Octavam  
 S. Francisc. Xaverij: quòd si enim  
 die 4. hujus non est factum de ejus  
 Octava, tunc, si hodie fiat de  
 die infra Octavam, in II. Nocturn:  
 vel dicendæ sunt Lectiones dièi he-  
 sternæ ex S. Chrysofomo pro II.  
 Nocturno assignatæ, cum Titulo,  
 ut heri: Sermo S. Joannis Chry-  
 sofomi &c. vel, si malis dicere *ter-*  
*tiæ* infra Octavam Diei assignatas tam  
 in propr. Societatis, quàm in Octa-  
 vario Romano *fol. 416.* non sunt  
 hæc legendæ cum hoc Titulo ibi an-  
 notato: De Sermone S. Joannis  
 Chrysofomi, sed cum isto: Sermo  
 S. Joannis Chrysofomi: Ad hanc  
 Beatam &c; eò quòd de sermone il-  
 lo nondum aliquid sit Lectum an-

[Fff3]

rece-

precedenter, ut supra ex Gav. Die 12. Octobris in simili est annotatum. In Ill. autem Nocturn. dic. Lect. ut in Festo, & in *Laudibus*, ac *Missâ* fit *Commemoratio Fer. Adventus*, & *S. Sabbæ Abbatis*, ut suo locò. *Col. Alb.* Si hodie occurrat fieri de *Dominica infra Octavam S. Francisci Xaverij*, aut de *Festo 9. Lctionum*, fit de illis, ut suo locò, cum *Commemoratione Octavæ*, & *S. Sabbæ*, necnon cum *Colore illi Dominicæ*, aut *Festo 9. Lctionum* Conveniente.

Quod si alicubi in hodiernam Diem transferatur Festum *S. Francisci Xaverij*, fit de eò modò antè die 3. & 4. Dec. annotatò, cum *Commemoratione Feriæ*, atque etiam *S. Sabbæ* in *Officio*, & *Missâ*, si quidem celebratur tantum *Ritu duplici minore*; nam si celebratur *Ritu duplici 2. Classis*, *Commemoratio de S. Sabba* tantum facienda est in *Laudibus*, & *Missâ privatis*, non autem in *1. Vesperis*, nec in *Missâ solenni*: ubi autem tanquam *duplex 1. Classis* celebraretur, ibi omnino nihil fieri deberet tam in *Missâ*, quàm in *Officio*, de *Festo Simplicis S. Sabbæ*; bene tamen fieri in *Officio*, & *Missâ* *Commemoratio de Feriâ*, aut *Dominica hodie occurrente*, & insuper de eadem *Dominica majore 2. Classis* hodie occurrente legenda 9. *Lectio* in *Officio*, & ult. *Evangel.* in *Missâ. Col. Alb.*

*VESPERÆ* hodiernæ ( nisi in Ecclesia universalis integræ dic. de Festo occurrente *S. Nicolai*, si hodie fit *Festum de Feriâ*, aut *Dominica occurrente*, cum *Commemoratione tantum de Feriâ*, aut *Dominica hodie occurrente*, ut ibi, & hoc etiam in *Missâ*, in quibus *S. Nicolaus* est *Patronus*, seu *duplex 1. Classis*. Si autem hodie factum sit de Festo 9. *Lctionum*, & utrumque fuerit *epidemicus*, aut *Solemnitatis* cum *S. Nicolai*, illud dividet cum hoc hodiernæ *Vesperas*; si autem illud fuerit *privatis Ritibus* seu *Solemnitatis*, aut *Dies infra Octavam*, tunc ubi *S. Nicolaus* tantum *duplex minus*, fit de illo *Commemoratio* ante *Commemorationem de Feriâ* hodie occurrente, & post *Commemorationem de Dominica Occurrente*: ubi autem *S. Nicolaus* est *duplex 1. Classis*, ibi in hodiernis *Vesperis* non fit *Commemoratio Diei infra Octavam*, nec *Lectio precedentis 9. Lctionum* nisi illa fit *duplex 1. vel 2. Classis*, esto etiam in tali loco fieri debeat *Commemoratio Feriæ Adventus* ( utpote *majoris* ) & à fortiori *Dominica*, hodie, aut occurrentis. *Oratio* propr. *Rat.* qua ut in *1. Vesperis* de *Commemoratio Confess. Pont. Col. Alb.*

6. *S. NICOLAI* Episc. *Confess.* In Ecclesia universalis *Dupl. minoris. Col. Alb.* Si veniat hoc Festum in *Dominica*, transfertur in Ecclesia

universali in Diem proximam Offi-  
 cio 9. Lectionum non impeditam :  
 ubi S. Nicolaus est Patronus Ec-  
 clesie, adeoque dupl. 1. *Classis* : ibi  
 extra *Rub. General. X. n. 1.* fit de illo  
 tunc, quando in Dominicâ  
 Adventûs 2. *Classis* ( quales sunt  
 in Dominicâ II. Adventûs, item III.  
 IV. ) occurrit, dicendo tunc in I.  
 Nocturno Lektionen De Epistola  
 prima B. Pauli Apost. ad Timo-  
 theum : *Fidelis Sermo &c.* uti notan-  
 tur in I. Noct. in Communi Conf.  
 faciendoque de Dominicâ  
 in utrisque *Vesperis, Laudibus,*  
*& Missa* Commemorationem, cum  
 de eadem Dominicâ Lektionem in  
 Officio, ac ultimo. de eadem Evan-  
 gelio in Missa : at de *Die infra O-*  
*ctava* nihil fit in Officio ac *Missa* i-  
 bi ubi S. Nicolaus est dupl. 1. vel 2.  
*Classis.* Ubi autem hic celebratur cû  
 Ecclesia universali sub Ritu duntaxat  
 duplici minore, ibi, ut dixi, ven-  
 iens in Dominicâ Adventûs trans-  
 fertur in Diem proximam Officiô  
 9. Lectionum non impeditam, cum  
 mutatione 3. Versus in Hymno : *I-*  
*ste Confessor.* Porro in Ecclesia u-  
 niversali fit de illo Officium in hunc  
 modum : Lektion. I. Noct. de Scri-  
 ptura occurrit. II. Nocturn. propr. III.  
 Nocturn. *peregrè &c.* cum reliquis, ut in  
 Communi Conf. Pontif. excepta O-  
 ctava, quæ est propria. In *Lau-*  
*dibus* fit Commemoratio de Feria Ad-  
 ventûs, ut ibi : huic verò in Socie-

tate JESU præmittitur Commemora-  
 tio de Octava S. Xaverij.

*Missæ*, uti notatur ad hanc  
 Diem in Proprio Sanctior. cum *Glor.*  
 sine *Credo*, nisi in Propr. Ecclesia.  
 Commemoratio de Feria Adventûs,  
 cui in Societate JESU præmitti-  
 tur quoque Commemoratio de Oc-  
 tava S. Francisci Xav. ubi S. Nico-  
 laus non est duplex 1. vel 2. *Classis.*  
 In fine Evangelium S. Joannis. *Col.*  
*Albus.*

Quando S. Nicolaus ob occur-  
 rentem hodie Dominicam ibi, ubi  
 non est Patronus, transfertur, tunc in  
 Officio & Missa hodiernæ Dominicae fit  
 in Societate JESU Commemoratio de  
 Octava S. Francisci Xaverij tantum,  
 & tam in *Missa*, quam in Officio ad-  
 hibetur Color Violac. juxta supra  
 dicta. Ibi autem, ubi S. Nicolaus  
 est Patronus, ea suo modò sunt ob-  
 servanda, quæ die 3. & 4. hujus obser-  
 vanda esse monui in ijs locis, in qui-  
 bus S. Francisc. Xav. & S. Barbara  
 sunt Patroni.

*Vesperæ* usque ad Caput. de S.  
 Nicolao, si hodie factum est de il-  
 lo, ut in 2. *Vesper. Conf. Pontif.*  
 à Capitulo verò de S. Ambrosio  
 ( nisi ob occurrentem cras Domi-  
 nicam fit transferendus ) cum mu-  
 tatione 3. Versus in Hymno : *Iste*  
*Confessor*, nec non cum Commemo-  
 rat. præced. ac Fer. Advent. cui in  
 Societate JESU præmittitur Commem-  
 oratio de S. Francisc. Xaver. præ-  
 qua

qua Verf: *Os Iusti* ex 2. Nocturn. de Commun. Conf. Antiphona ad *Magnificat* pro S. Ambrosio in utrisque Vesperis: *O Doctor Optime*. Col. Alb. Quod si ob occurrentem cras Dominicam S. Ambrosius transferatur, hodiernæ Vesperæ integræ erunt de S. Nicolao cum Commemoratur. Dominicæ, & post hanc Octavæ in Soc. JESU. Col. Alb.

7. S. AMBROSIIUS Episc. Conf. & Eccles. Doctor. In Ecclesia universalis dupl. min. Ubi autem est *Patronus*, aut *Titularis Loci*, vel *Ecclesie*, ibi est duplex 1. Classis, & habens Octavam: atque adeo in ejusmodi loco fit hodie de eo etiam tunc, quando venit in Dominica Adventus 2. Classis (qualis est Dominica secunda Adventus) cum Commemoratione tamen Dominica in utrisque Vesperis, Laudibus, & Missa, ejusque 9. Lectione in Officio, & ultimo Evangelio in Missa: at verò alibi occurrens in Dominica hoc Festum transfertur in Diem proximam Officiò 9. Lectionum non impeditam, quæ respectu Ecclesie universalis erit tunc 9. Decembris. His prænotatis Officium dic. de S. Ambrosio, ut in Comuni Conf. Pontif. cum mutatione tamen 3. Versus in Hymno: *Iste Confessor &c.* etiam cum non transferatur; quia hodierna Dies non est dies *obitus*. Lection: I. Nocturni: *Fidelis Sermo &c.* de eodem Comuni 1. 1960. II. No-

cturni propr. III. Nocturn: *Vos estis Terra &c.* ut in Comuni Doctor unde Responsor. VIII. est: *In maiestate Ecclesia &c.* Oratio, uti notatur. *Laudib.* fit Commemoratio *Feria*, ante hanc in Societate JESU, ubi Ambrosius non est 1. aut 2. Classis etiam Octava S. Francisci Xaveri per Versum: *Amavit &c.* Col. Albus.

*Missæ*, uti notatur in Processu sanctor. cum *Glor. Cred.* & Commemoratur. de Fer. Advent. cui in Societate JESU (exceptis tamen illis locis, in quibus S. Ambrosius est duplex 1. vel 2. Classis) præmittitur Commemoratio de Octava S. Francisci Xaveri. Præfat. Commun. in fine Evangelium S. Joannis. Col. Albus.

Si S. Ambrosius ibi, ubi non est *Patronus*, ob occurrentem hodiernam Advent. transferatur, nec in Officio, & Missa hodiernæ Dominica fit in Societate JESU Commemoratio de Octava S. Francisci Xaverij, sine *tertia* Oratione in Missa, sed tam in Missa, quam in Officio celebrerur Col. *Violac.* Ibi autem, ubi S. Ambrosius est duplex 1. Classis fit hodie etiam tunc Officium & Missa de illo, quando Is cadit in Dominicam majorem 2. Classis (qualis præter dicta est Dominica II. Adventus) ibique proin est. Col. Alb.

*Vespera* hodiernæ, nisi cum eadem eam

universali sub Ritu dupl. 2. Classis, de Concept. B. M. V. ut in ejus Officio parvo, & proprio loco, cum Commemoratione S. Ambrosij ( pro quo Antiphona : O Doctor optime ) & Feriæ Adventûs, nisi ob occurrentem hodie Dominicam S. Ambrosius transferatur; tunc enim hodiernæ Vesperæ adhuc dicuntur de Concept. B. V. sed in ijs fit tunc hodie Commemoratio solius Dominicæ. Col. Alb. In Vesperis solenni de B. V. dum Celebrans tam hodie quam cras, Hymnum : Ave Maria interonat modò supra Die 23. descriptò, omnes genuflectunt, ac statim etiam ipse celebrans genuflectit ( & quidem juxta Gerlac. Virotozem, citantem Cæremoniale Episcoporum, sub locò, juxta P. Tob. Lohner verò supra proximum Alteris Gradum ) permanens in genuflectione juxta eundem Gerlacum usque ad finem 1. Versûs, juxta Lohnerum autem usque dum prima Hymni stropa fuerit absonata; quâ finitâ surgit, & ( cætera omnibus pariter surgentibus ) factâ Altari Reverentiâ ad suam sedem revertitur, ibique stat, usque dum totus ille Vesperarum Hymnus finitur : Assistentibus verò ac cæteris Ministris ac pariter sunt observanda, quæ supra die 23. Jan. Hymn. Completorij, & reliqui deinceps ejusdem metri per totam Octavam, etiam in Dominica, terminantur [ Pars II. ]

per Verba : JESU tibi sit Gloria, qui natus es &c. Col. Alb.

Quòd si cras occurrat Dominica, tunc, quia in Ecclesia universali Festum Immac. Conceptionis hac die occurrens transferetur in diem proximam, Officiò 9. Læctionum non impeditam, hodiernæ Vesperæ integræ dicuntur de S. Ambrosio, ut in 2. Vesper. Conf. Pontif. ( exceptâ Antiphonâ ad Magnificat, quæ est O Doctor optime &c, ut in 1. Vesper. ) at cum Commemorat. sequentis Dominicæ, & in Societate Jesu etiam Octavæ S. Francisc. Xavierij, per Verf. Amavit &c, quæ tamen ultima Commemoratio de Octava fieri non debet, quando Vesperæ dicuntur de Festo Conceptionis. Col. Alb. Ubi verò Conceptio B. V. est Festum Titulare, seu Patrocinij propriæ Ecclesiæ, aut loci, adeoque 1. Classis, ibi non transfertur à die suo proprio etiam cum in Dominica Adventûs 2. Classis ( qualis est II. III. & IV. Adventûs ) occurrat : ac proinde ibi etiam tunc hodiernæ Vesperæ dic. de Festo Immac. Conceptionis, ut supra, at cum Commemorat. solius crastinæ Dominicæ, ut ibi, sine Commemoratione, non tantum diei infra Octavam, sed etiam sine Commemoratione Festi duplicis præcedentis, nisi ubi istud est 1. vel 2. Classis. Col. Alb.

8. CONCEPTIO B. M. V. in Ec.  
[ Ggg ] etc.

clesia universali modò Duplex 2. Clas-  
 sis de Præcepto, & habens ubique nunc  
 etiam Octavam. Col. Alb. Quando  
 occurrit hoc Festum in Dominica,  
 tunc eò translato in diem sequen-  
 tem, Officiò 9. Lectionum non im-  
 peditam ( aramen in solo Choro ) fit  
 hodie in Ecclesia universali Officium  
 & Missa usque ad Vesperas exclusivè  
 de Dominica Adventus, ut ibi, &  
 supra P. I. cum Commemoratione  
 Octavæ ( in Societate Jesu ) S.  
 Francisc. Xaver. tantum, in Officio,  
 & Missa, sine 3. in hac Oratione, &  
 cum Col. Viol. licet autem juxta di-  
 cta Festum Immaculatæ Conceptionis  
 B. V. tunc transferatur in Ec-  
 clesia universali in diem proximam  
 Officiò 9. Lectionum non impeditam,  
 ubi tamen memoratum Festum Con-  
 ceptionis est Festum Titulare, seu Pa-  
 trocinij propriæ Ecclesiæ, adeoque  
 I. Classis, ibi hodie illud etiam  
 tunc celebratur, cum incidit in Do-  
 minicam, cum Commemorat. tamen in  
 utrisque Vesperis, Laudibus, ac Mis-  
 sa, nec non cum nona Lectione de  
 eadem Dominica in Officio, & ulti-  
 mo Evangelio in Missa hodierni  
 Festi. Color Albus. His præno-  
 tatis

Officium de Festo Conceptionis  
 B. V. in Ecclesia universali fit  
 sequenti modò : Ad Matutinum, &  
 reliquis Horis Omnia dic: ut in pro-  
 prio loco, & ejus Officio parvo, si-  
 ne mutatione ( ut monet Bauldry

P. 4. c. 1. n. 14. ) Antiphonæ : A-  
 gali ex progenie &c: aramen pro  
 Antiphona III. Nocturni dic. An-  
 tiphona : Angelus Domini &c. ut ibi  
 & fit Commemoratio Feriæ in Lau-  
 dibus, sine Commemoratione Diei in-  
 fra Octavam alicubi ( nominatim  
 in Societate Jesu ) occurrente  
 Ad Primam in Responsorio bre-  
 vi dic: Versus : Qui natus es de MARIA  
 Virgine, per totam Octavam, etiam  
 in Festis, & in Dominica, infra Oc-  
 tavam occurrente : Quia ( ut no-  
 tètè notat Arnaud. Tr. 2. P. 1. T. 2.  
 21. n. 2. ) concurrentibus duobus  
 Versibus proprijs, unò ratione Immacu-  
 latis, alterò ratione Festi ( uti contingit  
 in Conceptione B. V. intra Adventum )  
 præferri debet ratio Festi, & ejus Oc-  
 tavæ, ac proinde sicut in sine Hy-  
 mnorum Dominicâ infra Octavam  
 Conceptionis dicendus est Versus :  
 JESU tibi fit Gloria, qui natus es de Vir-  
 gine & ad Primam in Responsorio  
 brevi dicendus est Versus : Qui na-  
 tus es de MARIA Virgine, non autem  
 Vers: Qui venturus es in mundum. In-  
 fra eandem Octavam non dicantur  
 Preces Dominicales ad Primam, & Com-  
 pletorium, etiamsi non fiat Officium  
 de Octava, sed de Dominica, aut de  
 Festo alio Semid.

MISSA, uti notatur in Propo-  
 Sanctorum, cum Glor. Cred. & Com-  
 memoracione Feriæ occurrentis per  
 totam Octavam : ac hodie sine  
 Commemoratione diei infra Octa-  
 vam

vam alicubi hodie occurrentis. die Dominicam Adventus Festum  
 Prefat. de B. V. Et Te in Conceptione &c. Conceptionis B. M. V. ubi non est  
 Quæ Pref. hodie, & per Octavam Festum 1. Classis, transfertur in  
 etiam dicitur in Missa *Rorate*, ubi diem sequentem, tunc *Officium* us-  
 hæc ex more alicubi recepto, aut que ad Vesperas exclusivè fit hodie  
 Privilegio, per Adventum decantatur in Ecclesia universali, seu ubi Fe-  
 quod quotidie per modum Missæ Vo- stum Conceptionis non est duplex  
 vixæ solennis sine ulla Commemo- 1. Classis, de *Dominica*, occurrente  
 ratione. An verò possit illi addi: ut supra: at verò Vesperæ dicuntur  
*Immaculatâ*, disputat P. Gobat. In fin. tunc hodie de Festo Conceptionis  
 dicitur Evang. S. Joan. B. V. in crastinam Feriam II. trans-  
 Si hodie fuit factum de Fe- lato, ut in 1. Vesperis illius, modò  
 ste Conceptionis, tunc hodie in II. supra declaratò, cum Commemo-  
 Vesperis illius omnia dic. ac fiunt ratione Dominicæ Adventus hodie  
 supra in I. Vesperis, exceptâ An- occurrentis, attamen sine Comme-  
 thonâ ad *Magnificat*: *Conceptio* moratione *Diei infra Octavam* alterius  
 &c. quæ dic. uti notatur in loc. Festi alicubi hodie simul occurren-  
 & fit Commemoratio Feriæ Advent. tis. *Col. Alb.*

Si hodie sit Sabbatum; tunc e-  
 tiam fit Commemoratio Crastinæ  
 Dominicæ Advent. infra Octavam  
 hanc occurrentis, ut ibi. At ve-  
 de die infra Octavam alterius Fe-  
 sti hodie simul occurrente, nulla  
 fit in hodiernis Vesperis Comme-  
 moratio; bene tamen fit in illis  
 Commemoratio non modò *Festi du-*  
*plus* cras extra Dominicam alicubi  
 occurrentis, aut in diem crastinam  
 translati, verum etiam Festi *Semidu-*  
*plus* alicubi cras occurrentis, etiam  
 ubi Festum Conceptionis est  
 dupl. 1. Classis, esto in tali loco  
 non fieret Commemoratio Festi *Sim-*  
*plus*, si quod cras occurreret. *Color*  
*Alb.*

die Dominicam Adventus Festum  
 Conceptionis B. M. V. ubi non est  
 Festum 1. Classis, transfertur in  
 diem sequentem, tunc *Officium* us-  
 que ad Vesperas exclusivè fit hodie  
 in Ecclesia universali, seu ubi Fe-  
 stum Conceptionis non est duplex  
 1. Classis, de *Dominica*, occurrente  
 ut supra: at verò Vesperæ dicuntur  
 tunc hodie de Festo Conceptionis  
 B. V. in crastinam Feriam II. trans-  
 lato, ut in 1. Vesperis illius, modò  
 supra declaratò, cum Commemo-  
 ratione Dominicæ Adventus hodie  
 occurrentis, attamen sine Comme-  
 moratione *Diei infra Octavam* alterius  
 Festi alicubi hodie simul occurren-  
 tis. *Col. Alb.*

DIES infra Octavam Conce-  
 ptionis B. M. V. occurrens in die  
 infra Octavam alterius Festi, habentis  
 Ritum altiorem, nempe 1. Clas-  
 sis ( v. g. infra Octavam S. Nicolai,  
 aut S. Francisci Xaver. ubi sunt Pa-  
 troni, aut Titulares ) cedit postero-  
 ri: eò quòd Octava alicujus Festi  
 non cedat Octavæ alterius Festi,  
 nisi cedat ipse dies Festus, ut Go-  
 bat Tr. 5. à n. 83. probat ex Gav.  
 additque: nulla Festa, etsi sint dig-  
 niora, præferenda esse Festis, mi-  
 nus quidem dignis, attamen eleva-  
 tis ab Ecclesia ad Classem Superio-  
 rem ( ob Rationes ibidem assigna-  
 tas ) bene verò, si Festum *dignius*  
 sit elevatum ad eandem, aut etiam  
 Superiorem classem.

Quando ob occurrentem ho-

[Ggg2.]

9. Dies



9. DIES II. infr. Octavam Conceptionis B. M. v. Si heri fuit factam de Festo CONCEPTIONIS B. V. & hodie non occurrat Dominica, nec faciendum sit de Festo 9. Lectionum, seu occurrente, seu translato, tunc hodie fit Officium, & Missa sub Ritu semidupl. de die II. infr. Octavam Conceptionis B. V. dicendo omnia, uti in Festo, exceptis Lectionibus, quæ in I. Nocturn. sunt de Script. occur. In II. & III. Nocturno, uti notantur in loco in recentiorib. Breviarijs, suntque desumptæ ex Octavario Romano Tit: *infra Octavas Festor. B. M. V. à fol. 50. & 58.* Præterea in *Laudibus & Missa* fit Commem. de Feria occurrente, cui in Societate JESU præmittitur Commem. de die Sept. infr. Octavam S. Franc. Xav. ex Officio & Missa Festi: In *Missa* verò in Ecclesia universalis 2. Oratio est de Feria Adventus, ex Dominica præced. 3. de S. Spiritu. At verò in Societate JESU 2. Oratio est de Octava S. Francisci Xaverij. 3. de Feria Adventus. In II. denique Vesperis ( nisi hodie, aut cras occurrat fieri de Dominica, aut Festo 9. Lectionum, vel hujus Die Octava ) pariter dicendis in Ecclesia universalis, ut in II. Vesperis Festi Conceptionis, fit rursus Commemoratio Feriæ occurrentis, ut ibi, & postea S. Melchiadis Pap. ac Mart. ex 1. Vesper. un. Mart. Oratio: *Infirmis*, ut in eodem Comuni 1. lo-

cò. At in Societate JESU ( si cras occurrat Dominica ) dicenda hodiernæ Vesperæ integræ de Die Octava S. Francisci Xaverij, dicendo omnia, ut in 1. Vesperis Festi, cum Commemoratione Octavæ Conceptionis, ut in 2. Vesperis illius, nec non Feriæ Adventus hodie occurrentis, ac denique S. Melchiadis Papæ & Mart. Dixi autem: *si cras occurrat Dominica*; nam si cras occurrat Dominica, tunc hodiernæ Vesperæ non dicuntur in Societate de Die Octava S. Francisci Xaverij, sed hodie factum est de die II. infr. Octavam Conceptionis, & non de aliquo Festo 9. Lectionum, tunc que ad Capitulum dicuntur de Octava Conceptionis, à Capitulo verò dicuntur de Dominica sequenti privilegiata, cum Commemoratione 1. de currente Octava Conceptionis B. M. v. secundâ verò de Die Octava S. Francisci Xaverij ( ob Rationem inferius ex Gavanto & c. asserendam ) ut in 1. Vesperis Festi, ac denique etiam cum Commemoratione S. Melchiadis. *Col. Viol.* Atque in hunc modum à Nostris recitari debebant Vesperæ ( prout etiam Romanæ sunt recitatæ ) pridie Die Octavæ S. Francisci Xaverij anno 1711, quò Dies Octava S. Francisci Xaverij inciderat in Dominicam II. Adventus, id quod tunc semper contingit, quando Festum S. Xaverij incidens in Dominicam I. Adventus

(uti incidere prædicto anno) cum Comemoratione Octavæ Conceptionis, & in Societate JESU etiam Octavæ S. Francisci Xaverii in hodiernis Laudibus & Missa; extra illam verò, seu in Ecclesia universalis, non dicitur tunc in Missa ( in qua Præfat. de Conceptione ) 3. Oratio. In eadem Ecclesia universalis in 2. Vesperis ( tunc pariter de Dominica dicendis ) hodie fit Comemoratione de Octava Conceptionis, & S. Melchiade Papa ac Mart. Col. Viol. In Societate JESU verò integræ tunc hodie Vesperæ dic: de Die Octava S. Francisc. Xaver. ut in 1. Vesperis Festi, cum Comemorat: hodiernæ Dominicæ, Octavæ Concept: & S. Melchiadis. Col. Alb. Si denique aliquando, aut alicubi hodie occurrat fieri de Feste 9. Lectionum, tunc pariter in Officio, & Missa fit hodie Comemoratione de Octava Concept. & Feria Advent: cui ultimæ in Societate JESU præmittitur Comemoratione quoque de Octava S. Francisc. Xaver. Quod si Festum illud 9. Lectionum, de quo hodie est factum, sit duplex, tunc in Ecclesia universalis dic: hodie integræ Vesperæ de illo, cum Comemorat: Octava Concept: & Feria Advent: aut Dominica, si quæ cras occurrat: in Societate JESU verò ( nisi cras occurrat Dominica, de quo Casu paulò antè ) dic: à Capitulo de Die Octava S. Francisc. Xaver. cum Comemorat. Festi dupli-

transfertur in Feriam II. proximè sequentem, juxta Decretum Clement. XIII. cum Dies Octava Festi non petende, ac ipsum Festum, transferatur. Quod si verò in dato Casu hodie factum sit de Festo Semiduplici, tunc in Societate JESU Vesperæ usque ad Capitulum pariter dicuntur de isto, & à Capitulo de Dominica seq: cum Commemoratione 1. de Festo hodierno Semiduplici ( quia de illo factæ sunt Vesperæ saltem partialiter ) 2. de Octava S. Francisc. Xaver. ut in 1. Vesperis Festi. 3. de Octava Concept. 4. de S. Melchiadis Pap. Col. Viol. Quod si denique hodie fuerit factum de Festo duplici, tunc in dicto Casu hodie Vesperæ integræ dicuntur de illo, cum Comemorat. crastinæ Dominicæ, dein Octavæ S. Francisc. Xaver. ut in 1. Vesperis Festi, post Octavæ Concept: ac denique S. Melchiadis Pap. Rationem horum omnium dat Gavantus tum in Annotationibus ad Octavas Spectantibus, tum in Missivum Octavarum Rom. Tum etiam To. II. Theol. Sacr. Rit. s. 3. c. n. 13. ac 14. additis simul ijs, quæ habet ibidem n. 22. Contrarium tamen sentiente ( saltem ex parte ) Michaelis Bauldryo, inferius citandò. Si hodie occurrat Dominica, dic: de ea Officium, & Missa ut ibi,

[ G g g 3 ]

plicis præcedentis, Octavæ Concept: Feriæ Advent: & S. Melchiadis. Col. Alb. Si vero Festum illud, de quo hodie est factum, sit semiduplex, tunc in Ecclesia universali dic: de illo hodiernæ Vesperæ non nisi usque ad Capitulum, à Capitulo verò de die infra Octavam Conceptionis, cum Commemoratione Festi illius Semiduplicis, & Feriæ, necnon S. Melchiadis, & Col. Alb: nisi cras occurrat Dominica: si enim cras occurrat Dominica, tunc in Ecclesia universali non dic: à Capitulo de Die infra Octavam Conceptionis: sed de Dominica, cum Commemorat: Semiduplicis præcedentis, Diei infra Octavam, & S. Melchiadis Pap. ac Mart. Col. Viol. In Societate Jesu autem juxta superius dicta, si cras non occurrat Dominica, hodie autem factum sit de Festo Semiduplici, dicuntur tunc Vesp: hodie de Die Octava S. Francisc. Xaverij, ut in 1. Vesperis illius, cum Commemorat. Semiduplicis præcedentis, Octavæ Conceptionis, Feriæ occurr: & S. Melchiadis. Col. Alb. Dixi: Nisi cras occurrat Dominica; tunc enim, quia Dies Octava S. Francisc. Xaverij non transfertur, cras autem fieri Officium de ipsa ob occurrence[m] Dominicam majorem 2. Classis non potest, Vesperæ hodiernæ usque ad Capitulum dicuntur juxta ibidem dicta de Festo Semiduplici hodie occurrente, à Capitulo verò de Do-

minica sequente, cum Commemoratione prima Festi Semiduplicis præcedentis, dein Diei Octava S. Francisc. Xaver: ac demum Octava Conceptionis, & S. Melchiadis. Col. Viol. Debere autem in tali Casu in Sabbato ejusmodi Dominicam præcedente in nostra Societate modo prædictò Vesperas dici, ac fieri Commemorationem Festi Semiduplicis ante Commemorationem de Die Octava S. Francisc. Xaverij cras occurrente, colligitur ex Gavanto 1633. jam supra cit. c. 8. n. 12. ubi ita scribit. *Quæres: An detur quod dies Octava, qua est duplex, celebratur in concursu Festo Semiduplici? Respondet: positò Decretò, de quo supra n. 13. sequitur aperte, quòd si occurrat festum semiduplex in Sabbato ante Dominicam privilegiatam, qua est festum Diei Octava Festi habentis Octavam, et Casu in Vesperis Sabbati Antiphona, & Psalmi erunt de Festo Semiduplici, Capitulum de Dominica privilegiata, Commemoratione primùm de Semiduplici, quod habet dimidium Vesperarum, & demum diei Octava, qua in toto die sequenti Dominico nihil habet, nisi meram Commemorationem.* Ob eandem rationem in Sabbato, Dominicam privilegiatam, in quam incidit Dies Octava alterius Festi, præcedente, dicende sunt Vesperæ usque ad Capitulum de Die infra Octavam alterius Festi æquioris, si Sabbatò illò factum sit Officium de Die infra Octavam alterius Festi

Festi dignioris; à Capitulo autem dicende sunt tunc pariter de *Dominica* sequente *privilegiata*, cum Commemoratione prima de *Die infra Octavam* currentem *Festi dignioris* ( utpote quæ habuit saltem dimidium *Vesperarum* ) & postea primùm de *Die Octava*, in crastinam *Dominicam privilegiatam* incidente, utpote quæ sicut solium in *Dominica* crastina *privilegiata* Occursum in toto crastino *Dominica* nil habet, nisi solum *Commemorationem*, ità ob ejusmodi *Dominica privilegiata* crastinum *Occursum*, hodie autem currentem simul *Octavam Festi dignioris*, in hodiernis quoque *Sabbati Vesperis* solam habet *Commemorationem*, quando in *Sabbato* ante *Dominicam privilegiatam*, quæ est simul *Dies Octava* habentis *Octavam*, occurrit. Atque ità observatum est à *Nostris* in *Romæ* in Casu suprà posito anni 1713. quò *Festum S. Francisci Xaverij* incidit in *Dominicam Adventus* ( ac eapropter translatum est in *Societate* in *Feriam II. proxime sequentem*, diem nempe 4. *Decembris* ) ejus verò *Dies Octava* ( utpote non perinde transferibilis ) incidit in *Dominicam privilegiatam* 2. *Classis*, nempe in *Dominicam II. Adventus*: tunc enim *Sabbatò* *Dominicam* illam præcedente, nempe die 9. *Decembris*, quæ erat dies 2. *infra Octavam Conceptionis B. V.* quæ autem 7. *infra Octavam S. Fran-*

cisci Xaverij, *Antiphonæ & Psalmi Vesperarum* à *Nostris* dicebantur usque ad *Capitulum Ritu Semiduplici de Die infra Octavam* currentem *Immaculatæ Concept. B. V.* *Capitulum* verò & *Reliqua* deinceps de *Dominica* sequente *privilegiata*, cum *Commemoratione* 1. de *Octava Conceptionis*, secundâ verò de *Die Octava S. Francisci Xaver.* ut in 1. *vesperis Festi*, cui superaddita *Commemoratio de Festo simplici in crastinam Dominicam unâ cum Die Octava S. Xaverij* incidente, nempe *S. Melchiade Pap. ac Mart. & quia Vesperæ* erant à *Capitulo de Dominica II. Adventus*, ideo ad eas adhibitus fuit *Color Violaceus*. Tametsi autem nullum sit dubium, si occurrat *Festum Semiduplex* in *Sabbato* ante *Dominicam privilegiatam*, quæ est simul *Dies Octava Festi* habentis *Octavam*, *Antiphonæ, & Psalmos* dici debere de *Festo semiduplici Sabbatò* illò occurrente, *Capitulum* verò, & *reliqua* de sequente *Dominica privilegiata*, cum *Commemoratione Diei Octava &c.* & similiter si in ejusmodi *Sabbato* occurrat *Dies infra Octavam alterius Festi dignioris*, non item *Festum 9. Lctionum*, tunc pariter *Antiphonas & Psalmos* in *Vesperis* talis *Sabbati* dici debere de *Die infra currentem Octavam* ejusmodi *Festi dignioris*, à *Capitulo* verò pariter de sequente *Dominica privilegiata*, cum *Commemora-*

In oratione utriusque Octavæ, tam ejus scilicet, de qua factum est eò Sabbatò Officium *Rita semiduplici*, quam illius, ejus *Octava Dies* in crastinam incidit *Dominicam privilegiam*, uti contingit in Casu, quò *Dies Octava Festi Xaverij* (ut annò 1713.) incidit in *Dominicam II. Adventus*; nihilominus occasione modò dicti casus, haud leve mihi oriebatu dubium, an in 1. Casu, quò nempe in ejusmodi Sabbato occurrit *Festum semidaplex*, facienda sit in Vesperis illius Sabbati *Commemoratio Festi semiduplicis* ante *Commemorationem Diei Octava crastinà Dominicà* *occurrentis*, & an pariter in 2. Casu *Commemoratio de Die 2. infra Octavam Conceptionis B. M. V.* similiter sit facienda ante *Commemorationem de Die Octava* in crastinam *Dominicam* incidente, an verò *Commemoratio de Die Octava* in 2. Casu *Commemorationi de Festo semiduplici*, & in 2. Casu *Commemorationi de Die 2. infra Octavam Conceptionis* (de qua dicebantur *Vesperæ* usque ad *Capitulum*) in *Vesperis* ejusmodi Sabbati sit præponenda? Postponendam esse *Commemorationem de Die Octava* *Commemorationi Festi Semiduplicis* in 1. Casu, & *Commemorationi Diei infra Octavam Conceptionis* in 2. Casu, suadebat *Auctoritas D. Gav. To. 2. l. 3. tit. c. 8. n. 22.* Præponendam vicissim esse *Commemorationem Diei*

*Octava* *Commemorationi semiduplicis Festi* in 1. Casu, & *Commemorationi Diei infra Octavam Conceptionis* in 2. Casu, suadebat vicissim *auctoritas D. Michaëlis Bauldry*, qui in *Manuali sacrar. Cæremoniarum* edito 1711. Part. 4. capit. 1. tit. 10. ità scribit: *Si in qualibet Dominica Adventus occurrat dies Octava, Sabbato precedenti dicantur Vesperæ de Sabbato, cum Commemoratione tantum de Die Octava, ac in Vigilia Festi, id est, ut in 1. Vesperis Festi. Si tamen sit Festum semiduplex (par ratio est de Die infra Octavam in ejusmodi Sabbato occurrente) à Capitulo tantum sit de Dominica, & Commemoratio de die Octava, & post de semiduplici: sequenti autem die Dominico non dicentur Preces ad Primum & Completorium, & adhibetur color Violaceus. Ità Sac. Congregat. Rit. hoc servari etiam debet in Dominica septuagesima, Sexagesima, & Quinquagesima. Hæc ibi Bauldryus, sequens omnino, si *Decretum S. R. Congregat. quod sine anno, ac die, quò emanaverit, Is citat, esset diversum ab eo, quod citat Gavantus sub dato 9. Nov. 1622.* in quo id solum discernitur, quòd, quando *dies Octava* alicujus *Festi* incidit in *Dominicam privilegiam*, nec *Vesperæ* illius Sabbati, nec *sequenti diei* Officium dicantur de *Die Octava*, sed de ea solummodo facienda sit *Commemoratio tam in 1. ejusdem**

spe-

quàm etiam in Laudibus, & Vesperis, nullâ factâ mentione de ordine servando in faciendis Commemorationibus, si Sabbatò illò final occurrat vel Festum semiduplex, vel Dies infra Octavam alicujus Festi, diversi ab eo, cujus cras Dies Octava occurrit. Pro securiore itaque Resolutione hujus dubij scribendum mihi Romam existimavi, unde inter serè verba 23. Decembr. 1713. incipit ad me fuit ex mente ac sententia 3. insignium nostrorum ibidem Rubricistarum: Ad propositum quæritur, an videlicet in facienda Commemoratione die 9. Dec. secuti simus Gaudentium, anteposendo Octava S. Xaverii diem infra Octavam de Immaculata Conceptione? an verò cum Bauldry hanc proposuerimus? Respondet R. P. Amantissimus Germaniæ: NOSTROS cum Gaudentio sensisse, & quoniam nuper scripsit quidam nobis casum evenisse cum Commemoratione Diei Octava Dedicationis Templi Domus nostra professa (cujus dies Octava semper incidit in Dominicam I. Adventus) in Vesperis Sabbati ante Dominicam I. Adventus, quòd sit semiduplex de S. Bibiana V. M. hinc illud significat, anteposuisse Nos hic Romanam Commemorationem de S. Bibiana alio, quæ erat de Octava Dedicationis. In Ratio nostris Rubricistis fuit, quòd S. Octava nihil deroget Dominica subsequenti, deroget autem Octava, ita, ut tunc Duplex Privilegium ipsi adimat, atque hoc fit, non habet, quòd in primis

[ Pars II. ]

Vesperis singulare sibi arroget. Hæc inde, ex quibus, & hactenus dictis pronum est colligere, quid in alijs hujusmodi casibus sit observandum.

Si non hodie (nempe die 9. Decembris) sed cras occurrat fieri de Festo 9. Lectionum, tunc in Societate Jesu illud (nisi sit 1. vel 2. Classis) transferrur, & hodie integræ Vesperæ dicuntur de Die Octava S. Francisci Xaverij, ut in primis Vesperis Festi, cum Commemoratione Octava Concept: necnon Feria Adv. & S. Melchiadis, atque tunc Col. Albus, ut supra: at verò extra Societatem dicuntur tunc hodiernæ Vesperæ integræ de Festo illo crastino 9. Lectionum, si illud sit Duplex, à Capitulo verò tantum, si fuerit solummodo Semiduplex, cum Commemoratione tamen Officij precedentis, h. e. Octava Conceptionis, necnon Feria occurrit: & crastini Festi simplicis S. Melchiadis Pap. ac Marr. Color Festo illi 9. Lectionum conveniens. Quòd si Festum Conceptionis B. M. V. incidens in Dominicam II. Adventus privilegiatam 2. Classis, ibi, ubi non est Duplex 1. Classis, transferatur in Feriam II. subsequentem (ut in Ecclesia universalis continget anno 1715.) tunc hodie (nempe 9. Decembr.) in Societate Jesu de Octava S. Xaver: nec in 1. Vesperis Festi Conceptionis in hodiernam diem translata sit aliqua Commemoratione

[ H h ]

31074

moratio, nec etiam in *Laudibus*, ac *Missis*; at verò in II. *Vesperis* hodiernis fit tunc *Commemoratio prima de die Octava S. Xaverij*, sumendo *Antiphonam*, *Versum*, & *Orationem* ex 1. *Vesperis* Festi; huic autem tunc superadditur *Commemoratio de Ferta curr. Adventus*, nec non de *S. Melchiade Pap. ac Martyr. Col. Albus*.

10. DIES III. *infra Octavam Conceptionis B. V. M.* Si hodie non occurrat *Dominica*, nec faciendum fit de *Festo 9. Lectionum* seu *occurrente*, seu *translato*, aut alicubi de *Die Octava* alicujus Festi, tunc hodie in Ecclesia universalis fit *Officium & Missa* Ritu *semid. de Die 3. infra Octav. Concept. B. V.* dicendo omnia usque ad *Vesperas*, ut in die Festi, exceptis *Lectionibus*, quæ in I. *Noct.* sunt de *Script.* *occurrente*. In II. autem & III. *Nocturn.* uti notantur in loco in recentiorib. *Breviar.* suntque desumptæ ex *Octavar. Roman.* die *hesternâ* citatò. Præterea in *Laudibus & Missa* fit *Commemoratio Fer.* *occur.* & *S. Melchiadis Pap. & Mart.* ut ibi; *Col. Alb.* In II. verò *Vesper.* ( nisi cras occurrat *Dominica* ) fit à *Capitulo de S. Damaso Pap. & Conf.* ut in *Commun. Conf. Pontif.* in 1. *Vesper.* excepta propria *Oratione*, cum *Commemoratione Officij præcedentis*; nempe *Octavæ Concept.* ( pro qua *Antiphona*, & *Vers.* ut in II. *Vesper.*

Festi ) & *Feriæ Adventus. Col. Albus.* Si verò cras occurrat *Dominica*, tunc ( *translatò S. Damaso* in diem proximam *Festo 9. Lectionum* non impeditam, cum *mutatione 3. Versus* in *Hymno Iste Confessor* ) *Vesperæ hodiernæ* dic. à *Capitulo de crastina Dominica*, tunc cum *Commemoratione Officij præcedentis*, h. e. *Octavæ Conceptionis*, sine *Precibus Dominicalibus* ad *Completerium*, propter *Octavam. Col. Viol.*

Quòd si hodie occurrat *Dominica*, tunc hodie fit de *Dominica*, ut in *Propr. de Temp. & Supra P. I.* cum *Commemoratio Octavæ Concept.* ac *S. Melchiadis Pap. & Mart. Laudib.* ac *Missis*, & tam ad *Officium* quam ad *Missam* adhibetur *Col. Viol.* cum *Præfat. de Octava*: in 2. autem *Vesperis* ( tunc pariter dicendis integrè de *Dominica* ) fit I. *Commemoratio de S. Damaso Pap.* ut in *Proprio Sanctor. 2. de Octavæ Conceptionis. Col. Viol.*

Ubi de *S. MELCHIADE Pap. & Mart.* fit *Officium 9. Lectionum*, in *Responsorium Octavam* est: *Dominus prævenisti eum* ( extans immo diatè ante *Antiphonas Laudum de S. Damaso Martyre* ) non autem: *Hic est Martyr &c.* quia in *Martyrologio* multa quidem passus, non tamen *effudisse Sanguinem* dicitur, ad hanc diem norant *Gavanc. & Alaudus.*

In Societate JESU, nisi hodie  
 occurrat *Dominica*, sic hodie *Officium*  
*Missæ* sub Ritu *dupl. min.* de die  
*Octava S. Francisc. Xaverij*, dicen-  
 omnia, ut in Festo, exceptis *Le-*  
 tionibus, quæ in I. Nocturno dic-  
 de Script. occur. In II, verò No-  
 turno dicuntur, uti norantur in  
 proprio Festor. Societat. JESU, &  
 Octavario Romano ( ex quo  
 desumpræ ) *Die Octavâ* in II.  
 Nocturn. de Commun. Conf. non-  
 Pontif. à fol. 422. attamen dicendæ  
 in præfixione hujus Tituli : *Ser-*  
*mo Bernardi Abbatis*, non verò hu-  
 iusmodi extant : *De Sermone S. Ber-*  
*nardi Abbatis*, ob Rationem supra  
 d. 17. Octobris ex Gavanto da-  
 tum : juxta quem etiam hodie *le-*  
 ctio fit in II. Nocturn. Sermo e-  
 iusdem S. Bernardi ibidem Die 7.  
 infra Octavam Conf. non Pontif. ex-  
 tant. In III. Nocturno dicuntur  
 Lectiones, ut in die Festi, & in  
*Laudibus*, ac *Missæ* fit Commemora-  
 tio *Ferriæ*, & S. Melchiad. Pap. ac  
 Mart. In 2. Vesperis fit Commem-  
 oratio S. Damasi Pap. ac Conf.  
 nec non Octavæ Conceptionis, &  
*Ferriæ Advent.* nisi cras occurrat *Do-*  
*minica*; nam si cras occurrat *Do-*  
*minica*, tunc translato, ut supra, S.  
 Damasô, fit in hodiernis Vesperis  
 in Societate JESU 1. Commemora-  
 tio de crastina *Dominica Adven-*  
 tus ut ibi. 2. de Octava B. V. tan-  
 tum. Col. Alb.

Quando autem *Dies Octava S.*  
*Francisci Xaverij* ( in Societate JE-  
 su ) incidit in *Dominicam Adventus*,  
 tunc, quia ex una parte *Dies Octava*  
 alicujus Festi incidentis in *Domi-*  
 nicam privilegiatam non perinde  
 transfertur, ac transfertur ipsum Fe-  
 stum, sed manet suo loco, seu die ;  
 adeoque *dies Octava S. Francisci Xa-*  
*verij*, ubi iste celebratur in Socie-  
 tate JESU 3. Decembris, manet diei  
 10. Decembris affixa, perinde ac si  
 Festum illius non fuisset translatum,  
 ex altera verò parte *Dominica majores*,  
 etiam illæ, quæ tantum sunt  
 2. *Classis* ( quales sunt II. III. & IV.  
*Adventus* ) utpote *privilegiata*, non  
 cedunt *Diei Octave* in illas incidenti,  
 tunc, inquam, in Societate JE-  
 su fit hodie *Officium & Missa de*  
*Dominica* occurrente, de *Die Octava*  
 autem S. Francisci Xaver. fit in illis  
 tantum *Commemoratio*, & post  
 hanc etiam *Commemoratio* de *Octava*  
*Conception. B. M. V.* & sic  
 etiam in II. Vesperis, pariter de *Do-*  
*minica* dicendis in *Col. Viol.* nisi cras  
 sequatur Festum *duplex* : nam si cras  
 sequatur Festum *duplex*, tunc ho-  
 diernæ *Vesperæ* dicuntur de illo,  
 cum 1. *Commemorat. de Dominica*  
*Advent.* ut ibi. 2. de *Octava S. Fran-*  
*cisc. Xaver.* ut in 2. Vesperis Festi.  
 3. de *Octava Concept. B. V.* itidem, ut  
 in 2. Vesperis Festi. *Color Festo con-*  
*veniens* : si autem cras sequatur Fe-  
 stum solummodo *semiduplex*, tunc

[ H h h 2 ]

ho-



diernæ Vesperæ etiam in Societate Jesu integræ dicuntur de Dominica occurrente Adventûs, 1. autem Commemoratio tunc erit de *Die Octava S. Francisci Xaverij*, ut in 2. Vesperis Festi. 2. verò primùm de Festo Semiduplici sequente, & 3. de die infra Octavam Concept: ut in 2. Vesperis Festi: *Quia* (inquit Gav. *ant. To. 2. f. 3. c. 8. supra cit. n. 14.*) *In pari Gradu Commemorationis nobilior est diei Octava, quam Festi Semiduplicis Commemoratio. Col. Viol.* Aliud est de Festo Semiduplici occurrente in Sabbato precedente; quia enim tunc Vesperæ saltem usque ad Capitulum sunt de Festo illo Semid. ideo tunc omnino in Vesperis primis hodiernæ Dominicæ privilegiatæ ante Commemorationem de *die Octava* (utpote quæ, ut post Gav. notat Arnaud. *Tr. 2. P. I. Tit. 7. n. 16.* in toto die sequente nihil habet, nisi meram Commemorationem) faciendâ est Commemoratio de Festo Semiduplici; eò quòd de illo factæ sint Vesperæ illæ primæ saltem usque ad Capitulum, & post Commemorationem de *die Octava S. Xaverij* faciendâ tunc etiam est Commemoratio de *Octava Conceptionis*, juxta heri dicta. *Col. Viol.* Tametsi autem, quando *dies Octava* hujus, aut alterius Festi occurrat in *Dominica privilegiata* Adventûs, Officium fiat de *Dominica*, de die autem *Octava* solummodo fiat Commemo-

ratio, non tamen dicuntur Preter Dominicales ad Primam, & Completorium, propter Octavam. 11. S. DAMASI Pap. Conf. semid. *Col. Alb.* Si veniat in *Dominica* hoc Festum, transferatur in *Ecclia* universali (cum mutatione) 3. Versûs in Hymno: *Iste Conceptus* in diem proximam Festo 9. *Lectionum* non impeditam, juxta *bric. X. de Translat. Feslor.* hodie autem tunc fit Officium & Missa de *Dominica*, cum Commemorat. *Concept.* tam in illo, quam in *omissis* tamen Precibus *Dominicalibus* ad *Primam*, & ad *Completorium*, propter Octavam. Dicitur quoque in Responsor. Brevi ad *Primam* Versus: *Qui natus es de Maria Virgine*, & in Missa (in qua 3. Oratio non dicitur) Præfatio de *B. V. Conceptione*, nec non in fine Evangelii *S. Joann. at Color Viol.* Si autem hoc Festum veniat extra *Dominicam*, fit hodie de illo, & in Officio quoddem omnia dic. ut in *Comuni Conf. Pontif. excepta* Oratione, quæ est propria, & *Lectionibus* quæ in I. Nocturn. sunt de *Script.* occur. in II. Nocturn. propr. in *III. Nocturn.* *Vigilate &c.* ut in *colom Communi Conf. Pontif. 2. Joann.* In *Laudibus* fit Commemoratio *Octavæ Concept.* & *Fer. Adventûs* et *Dominica* præced.

MISSA, uti noratur hac die cum *Glor. Cred.* Commemorat. *Octav.*

Concept. & Feriæ Advent. præfatio de Conceptione: in fine Evangel. S. Joann. Col. Alb. In II. Vesperis, nisi cras occurrat Dominica, fit à Capitulo de die infra Octavam Concept. B. V. ut in 2. Vesperis Festi, cum Commemoratur. Festi præcedentis S. Damasi (pro quo antiphon. Dum esset summus Pontifex etc) ut in II. Vesperis Confessor. Pontif. & Fer. Adventûs. Col. Alb. Si verò cras occurrat Dominica, tunc Vesperæ hodiernæ dic: quidè usque ad Capitul. pariter de S. Damaso: à Capitulo de Dominica Adv. ubi, cum Commemoratur. S. Damasi, ut paulò antè, & Octavæ Conceptionis tantum, sine Precib. Dominicalibus ad Completorium. Col. Viol.

12. DIES V. infra Octav. Concept. B. M. V. Si hac die non occurrat Dominica, nec faciendum est de Festo 9. Lèction. seu occurrente, seu translato, tunc hodie fit Officium, & Missa Ritu semid. de Die V. infra Octavam Concept. B. V. dicendo omnia (atramen sub Ritu semidupl. usque ad Vesperas exclusive) ut in die Festi, exceptis Lèctionib. quæ in I. Nocturn. sunt de Scripte occurr. In II. & III. Nocturn. non notantur in locò in recentiorib. Beviar: sùntque desumptæ ex Octavario Rom. suprâ die nona hujus allegatò. Præterea in Laudibus fit Commemoratio Feriæ Adventûs, u-

[H h 3]

ti & in Missa (ex Dominica præcedente) in qua hodie, nisi alicubi occurrat Festum simplex, 3. Oratio est de S. Spiritu: DEUS, qui Corda Fidelium, alioqui de Festo illo Simplici. Dicitur in eadem Credo, & Præfat. ut in Festo. Col. Alb.

Vesperæ autem, nisi cras occurrat Dominica, dic: hodie in Ecclesia universali sub Ritu dupl. minore de S. Lucia V. & M. ut in I. Vesperis de Communi Virg: ac proprio loco, cum Commemoratur. Octavæ Concept. & Feriæ Advent. nisi ubi S. Lucia est dupl. 1. Class: ibi enim non fit Commemoratio Octavæ, sed Feriæ tantum. Col. Rub. Quòd si verò cras occurrat Dominica, tunc translata S. Lucii (nisi alicubi sit dupl. 1. Classis) in diem proximam Festo 9. Lèctionum &c non impeditam, hodiernæ Vesperæ usque ad Capitul. dicentur de die infra Octavam Conception. à Capitulo autem de crastina Dominica, ut ibi, cum Commemoratione Octavæ Concept. ut in 2. Vesperis Festi, sine Precibus Dominicalibus ad Completor. Col. Viol.

Quòd si hodie occurrat Dominica, tunc ubi S. Lucia non est dupl. 1. Classis, hodie fit de Dominica, ut in Propr. de Temp. & suprâ P. I. cum Commemoratur. Octavæ Concept. in Laudibus & Missa, in qua tunc 3. Oratio non dicitur, & tam ad Officium, quàm ad Missam (in

(in

(in qua Præfatio de Conceptione) adhibetur *Col. Viol.* II. autem Vesperæ dic. tunc de S. Lucia V. & M. ut supra; cum Commemoratione hodiernæ Dominicæ, & Octavæ Concept. ubi S. Luc. non est *Patrona*; nam ubi S. Lucia est duplex. i. mæ Classis, fit Commemoriatio solius Dominicæ. *Col. Rub.*

13. S. LUCIÆ V. & M. In Ecclesia universali dupl. min. *Col. Rub.* Quando hoc Festum venit in *Dominica*, tunc ibi, ubi S. Lucia est *Patrona*, seu *Dupl. i. Classis*, ac celebratur *cum Octava* (attamen non nisi usque ad diem 17. Decembris exclusivè, à quo Tempore usque ad Epiph. suspenduntur omnes *Octava particulares* per *Rubr. Gener. VII. n. 1.*) fit hodie de illa *Officium* & *Missæ* cum Commemoratione de *Dominica tantum* (non autem de *Octava*) in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missæ* nec non cum 9. Lèctione de eadem *Dominica* in *Officio*, & ultimo Evangelio itidem de *Dominica* in *Missæ*, in qua Præfatio de *Octava Concept.* & in *Respons.* brev. ad *Primam*: *Qui natus es &c.* In II. Vesperis pariter non fit ibi Commemoriatio *Octavæ Conceptionis* (quantumvis de ista faciendum sit *cras Officium*) sed tantum de *Dominica. Color Rub.* At verò in Ecclesia universali in Casu, quò hoc Festum venit in *Dominica*, transfertur id in diem proximi

mam Festò 9. Lèctionum non im-  
peditam; hodie autem tunc fit de  
*Dominica occurrente*, modò die  
huius daclaratò, cum Commemo-  
ratione *Octavæ Concept.* in anti-  
que *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missæ*: &  
cirurque in hac Præfati. de *Con-*  
cept: at non 3. Oratio. *Col. Rub.*  
Vesperæ verò in Ecclesia universali  
dicuntur tunc hodie de S. Lucia,  
ut die præcedente cum Commemo-  
rat: *Dominicæ*, & *Octavæ Con-*  
cept. *Color Ruber.*

Quando autem hoc Festum  
venit in *Dominica*, fit hodie de illa,  
ut in *Communi Virg. Mart.* ac pro-  
priò locò, cum Commemoratione  
*Octavæ Concept.* & *Ferix* in *Lau-*  
*bus*, & *Missæ*, Quæ dic. uti notat  
hac die, cum *Glor. Cred. & Prefa-*  
de *Concept. B. V. Col. Rub.* *Ves-*  
*peræ II. de eadem S. Lucia*, *Antiphona*  
*Orante S. Lucia*, cum  
quibus de *Laudibus*: *Psalmi*, *Capitulum*,  
*Hymnus*, & *Versus*: *Triplici*  
*est Gratia &c.* de *Communi Virg. An-*  
*tiphona ad Magnificat* (tanto pariter)  
propria: *Oratio Exaudi nos Deus*  
ut ibi, & fit Commemoriatio *Octa-*  
*væ Concept.* ac *Ferix*, nisi *cras oc-*  
currat *Dominica*; tunc enim  
Commemoriatio est de *Dominica*,  
ut in *Proprio de Temp. 2. de Octa-*  
*va Concept.* ut in 2. *Vesperis Festi*  
*Col. Rub.*

14. DIES VII. infra *Octavæ*  
*Conceptionis B. M. V. Semid. Col.*

Si hac die non occurrat *Do-*  
*rabolis Salomonis* : *Ego Sapientia*  
*&c.* juxta paulò antè annorata, &  
 in Ill. Nocturno dicitur nona *Le-*  
*ctio* de Homilia Feriæ quat. *Tempo-*  
*rum*, ut ibi, & de eadem FERIA  
 4. quatuor *Temporum* fit *Comme-*  
*moratio* in *Laudibus*, cum *Antiph.*  
 & *Oratione* propr. *Col. Alb.* At  
 verò *Missæ* tunc discordat ab *Offi-*  
*cio* : nam *Missæ* ( etiam *Conven-*  
*tualis*) tunc dic. de *Feria* *occurren-*  
*te* quat. *Temporum*, ut in *Proprio*  
*de Temp.* post *Dominicam* Ill. *Ad-*  
*ventûs*, cum *oremus*, *Flectamus genua*  
*&c.* ac *Prophetiâ*, seu *duplici* *Le-*  
*ctione*, sine *Glor.* & *Cred.* *Orat. 2.*  
 de *Octav. Concept. 3.* de *S. Spiritu*,  
*Præfat. Commun.* etiam in *Missis*  
*privatis*, uti expressè tradit *Claud.*  
*Arnaud. Epit. Theol. Sac. Rit. Tr. 1.*  
*P. 1. Tit. 3. n. 6.* post *Gav. Tom.*  
*1. P. 1. Tit. 12. n. 2. Lit. c.* citan-  
 tem *Decretum Sac. Rit. Congr.* de  
 anno 1626. 12. Decembr. & satis  
 clarè id ipsum insinuat *Rubrica* ex-  
 tans die *Octava* *Nativit.* *B. M. V.*  
 seu 15. Septembr. in recentioribus  
*Missalibus* : unde non assequor, cur  
 exactissimum alioqui *Directorium*  
*Rom.* tum annò hoc 1712. tum 1707.  
 ( quibus *dies VII. infra Octavam* *Con-*  
*ceptionis* inciderebat in *Feriam IV.* qua-  
 tuor *Temporum* ) assignet pro *Missæ*  
 ejus *Feriæ* *Præfationem* de *Con-*  
*cept. B. M. V. & non ferialem.* Por-  
 rò in fine hujus *Missæ* dic. *Benedica-*  
*mus*, & *Evangel.* *S. Joan.* Cùm  
 verò

verò *Missæ*, ut dixi, in tali Casu  
dilectior ab *Officio*, ideo juxta cit.  
A. A. ac praxin *Communem*, in Ru-  
bricis fundatam, *Color Altaris*, h. e.  
*Pallij* ( vulgò *Antependij* ) sequi de-  
bet *Officium*, adeoque esse *Albus*, at  
verò *Vestium*, ac *Paramentorum Sa-  
cerdotalium* debet esse *Missæ* confor-  
mis, adeoque esse *Violaceus* : imò  
pro *Missæ solenni* convenit, ut *Palli-  
um* quoque *Altaris* concordet cum  
colore *Paramentorum Missæ*, sit-  
que proin & ipsum eo tempore co-  
loris *Violacei*. *Jejunium de Præcepto*.  
Quòd si hodie præter *Feriam IV. qua-  
tuor Temporum* occurreret simul *Fes-  
tum 9. Lectionum* ( uti hoc an-  
nò 1712. contingit *Brixinæ* ) tunc  
in *Officio Lect: I. Nocturni* sumen-  
dæ essent de *Communi Sanctorum*  
( cum *Lectioes* de *Scriptura* pro  
*Ferijs quat. Temporum Adventus* nul-  
læ assignentur ) & *9. Lectio* dicen-  
da tunc foret de *Feria quat. Tempo-  
rum*, necnon in *Laudibus*, ac *Missis*,  
saltem *privatis* ( dicendis cum *Glor.  
& Cred. de Festo* ) faciendæ quoque  
*Commemoratio de Octava*, & *Feria*  
*quat. Temporum*, ac denique de eadem  
*Feria* legendum etiam ult. *Evangel.*  
in iisdem *Missis privatis* : in quibus  
*Præfat. de Concept.* At verò ju-  
xta Aliquorum praxin dicuntur in  
*Ecclesijs Cathedralibus*, & *Colle-  
giatis* in hujusmodi *Feria quatuor Tem-  
porum*, simulque *Festi 9. Lectionum* in  
*die infra Octavam* Occurrentiâ duæ

*Missæ Conventuales*, una de *Festis*  
cum *Glor. & Cred.* necnon cum *Com-  
memorat.* & *Præfat. de Octava* B. M. V. ac ult. *Evangel. S. Joann.* Al-  
tera verò de *Fer: quat. Temporum*, &  
ne *Glor. & Credo*, & in hac *Oratio*  
2. *DEUS qui de B. M. V. 3. Ecclesijs*  
vel pro *Pap. Præf. Commun: in die*  
ne *Benedicamus*, & *Evangel. S. Joann.*  
*Col. Viol.* Cui praxi favere equi-  
dem videtur *Rubrica Missalis* præ-  
fixa *Festo S. Leonis* venientis in-  
fra *Octavam Nativ. S. Joann. Baptis-  
tæ*, repugnare verò *Rubrica Gene-  
ral. III. Missal. n. 2. ante fin. à Ves-  
bis illis* : Si autem in die *Vigilæ*, &  
*prædictis Ferijs* ( nempe *quat. Temporum*  
&c ) fiat *Officium de aliquo Festo*, ut  
dicitur *Missæ de Festo*, cum *Commemo-  
ratione Octava*, & *Feriarum prædictarum*  
&c, utpote loquens universaliter  
sine exceptione *Missæ Conventu-  
alis*, imò signatè de Casu, quo intra  
*Octavam* eodem die & *Festum*, & o-  
jufmodi *Feria* simul occurrat. Vo-  
rùm quomodo satisfaciendum sit o-  
trique dictarum *Rubric.* ( medi-  
dè *judiciò* ) in hujusmodi casibus  
utraque à *contradictione* vindican-  
da, id alibi declaro, nempe 14. *cap.*  
*Vespera*, si hodie factum sit  
de die *infra Octavam*, & cras  
occurrat *Domini: a*, dic: de die *Octava*  
*Concept. B. M. V.* ut in *I. Vesp-  
ris Festi*, sub *Ritu dupl. min: cum*  
*Commemoratione Feriæ Adventus*  
per *Orationem ex Dominica præ-*

denze ( etiam tunc, quando in hac  
tem incidit Feria 4. quat. Tempo-  
) & postea S. Eusebij Episco-  
, & Martyr. ut ibi. *Col. Alb.*

Quando hac die 14. Decem-  
bris occurrit Dominica, fit hodie  
illa, usque ad Vesperas exclusi-  
ve, *Officium & Missa*, ut in Propr. de  
Temp: ac suprâ P. I. cum Commem-  
orata Octavæ Concept. in *Laudib:*  
in *Missa*, in qua tunc 3. Oratio non  
dicatur, & tam ad *Officium*, quam ad  
*Missa* ( in qua Præfat. de Conce-  
ptione ) adhibetur. *Col. Viol. Ve-*  
peræ autem tunc dicuntur modò  
modo antè Commemoratio de Die  
Octava Conception. ut in 1. *Vespe-*  
ris Festi, cum Commemoratione  
hodiernæ Dominicæ, & S. Eusebij  
Episcop. & Martyr. *Col. Alb.*

Quòd si Festum hesternum S.  
Luciæ venerit in Dominica, tunc  
in Ecclesia, universali hodiernâ Fe-  
stâ II. fit. de illa *Officium & Missa*  
modò heri declarato, cum Commem-  
oratione Octavæ Conception: &  
Festæ Advent: tam in illo, quam in  
illâ cum Præfat. de Concept. *Col.*  
*Alb.* Vesperæ autem tunc hodiernæ  
( non obstante, quòd S. Lucia fit  
duplex minus; & subsequens Dies  
Octava Conceptionis juxta Directorium  
Romanum pariter non excedat Gra-  
dum *duplex minoris* ) integræ dic. de  
die Octava Concept. ut in 1. *Ves-*  
peris Festi, cum Commemorat. S.

[ Pars II. ]

Luciæ, Fer. Advent. & S. Eusebij  
Episcop. ac Martyr. ut ibi; eò quòd  
ex Dispositione novâ S. R. C. de  
anno 1691. die 11. August. nunc e-  
tiam Recentissimorum Breviariorum  
Rubricis *lit. XI. n. 2. & 7.* insertâ,  
quæcunque Dies Octava B. M. V.  
debeat habere integras utrasque *Ves-*  
peras in Concurrentia cum Festo  
duplici minore. *Col. Alb.*

Quando dies Octava Conce-  
ptionis B. M. V. incidit in Domi-  
nicam III. Adventûs, tunc Sabbato  
præcedente, nempe hodie, *Vespe-*  
ræ non dic. de die Octava Conce-  
ptionis, sed dicuntur usque ad Ca-  
pitulum de Feria currente, ut in  
Psalterio in Sabbatis per annum : à  
Capitulo autem fit de Dominica  
crastina Advent. ut ibi, cum Com-  
memoratione diei Octavæ, ut in 1.  
*Vesperis Festi*, ac S. Eusebij, ut suprâ  
non modò sine Suffragijs Consueris,  
sed etiam sine Precibus Dominica-  
libus ad Completor: propter Octa-  
vam : ità enim Vesperas dicere ho-  
diernas in tali casu jubet Rubrica  
nova recentiorum Breviariorum  
hac die in fine, conformiter ijs,  
quæ suprâ ex Gavanto ( allegante  
Decret. S. R. C. de anno 1622. 9.  
*Novembr. vel Decembr.* nam aliter  
id citat in Thesaurò Sac. Rit. & a-  
litter in Octavario Romano ) die 9.  
& 10. hujus annotavimus : *Quia*  
( inquit in Octavario ) *Cum dies O-*  
*ctava non habeat Officium in die sequen-*  
*[ 11 ]*

83

si, nec etiam convenit habere primas  
Vesperas in precedenti, ut in simili Casu  
dicitur in Rubric. de concurrentia Officij  
n. 10.

15. Dies Octava Conceptionis  
n. m. v. dupl. min. juxta Director.  
Rom. Col. Alb. Nisi hodie occur-  
rat Feria 4. quatuor Temporum, aut  
Dominica, fit hodie Officium, &  
Missa de die Octava Concept. B.  
M. V. in hunc modum: In Officio  
& Missa omnia dic. ut in Festo:  
exceptis Lectionibus, quæ in I. No-  
cturn. dic. de Scriptur. occur. in  
II. & III. Nocturn. uti norantur in  
proprio loco in recentiorib. Bre-  
viar. atque etiam in Octavario Ro-  
mano supra cit: ex quo sunt desum-  
ptæ: & tam in Officio, quàm in  
Missa fit Commemoratio de Feria  
Adventûs (sumendo Orationem ex  
Dominica præcedente) & S. Euse-  
bij Epif. ac Mart. ut ibi.

Quòd si autem hodie occur-  
rat Feria 4. quatuor Temporum Ad-  
ventûs, tunc quidem adhuc hodie  
Officium, & Missæ privatæ fiunt de  
die Octava Concept. ut Festo; at-  
tamen tunc in I. Nocturno non di-  
cuntur Lectiones de Scriptura oc-  
currente (cum pro Feria 4. quatuor  
Temporum infra Hebdomadem III.  
Adventûs nullæ de Scriptura assi-  
gnentur). sed dicuntur de Parabolis  
Salomonis: Ego Sapientia &c, uti  
norantur post Lectiones III. Noctur-  
ni hodiernæ diei Octavæ in recen-

tiorib. Breviar. ac etiam extant in  
Festo B. V. ad Nives s. Augusti.  
In III. autem Nocturno dicitur non  
nona Lectio de Homilia Feriæ 4.  
quatuor Temporum, ut ibi Festo  
IV. post Dominicam III. Adventûs  
de eadem Feriâ 4. quat. Temporum  
etiam Commemoratio (cum An-  
thonâ, & Oratione propria) in Lau-  
bus, ac Missis privatis, ante Com-  
memorationem de S. Eusebio, de qua  
pariter tunc fit Commemoratio  
in Officio, quàm in Missis privatis,  
quæ dicuntur de Die Octava Concept.  
ut in Festo, sed cum Commemora-  
tione, ut modò dixi, Feria 4. qua-  
tuor Temporum hodie occurrentis,  
ac S. Eusebij, necnon ultimò de e-  
dem Feria 4. in Missis hodiernis  
privatis Evangelio, quod unâ cum  
ejus Missa exstat Feriâ IV. post Do-  
minicam III. Adventûs. Color Alb.  
At verò in Ecclesijs Cathedralibus &  
Collegiatis fiunt tunc 2. Missæ Con-  
tinentiales, una de Die Octava Concept.  
post Tertiam, cum Glor. Cred. Com-  
memorat. de S. Eusebio, & Præf.  
de Concept. B. V. at sine Commem-  
oratione Feriæ, ac sine hujus E-  
vangelio in fine. Col. Alb. Alia  
de Feria quat. Temporum post No-  
nam, sine Glor. & Cred. in hac No-  
ctem Oratio 2. DEUS, qui de B. M. V.  
3. Ecclesia, vel pro Papa. Præf. Con-  
man. in fine Benedicamus, & Evan-  
gel. S. Joann. Col. Viol. Præf. Con-  
de Præcepto. Modò dictis non ob-  
stant

ant ea, quæ apud Gavant. Tom. 1. Th. 15. n. 3. leguntur in Editione 1699. quia scripta sunt, antequam Festum Conceptionis celebrari cepit in Ecclesia universalis cum Octava de Præcepto, quod tulit Innocent. XII.

Vespera hodiernæ ( si hodie factam de Die Octavâ Concept. & cras non occurrat Festum altioris Ritus ) dicitur de die Octava Conceptionis, ut in II. Vesperis Festi, & in III. nisi cras occurrat Dominica, fit Commemoratio Feriæ Adventûs hodiernæ præcedentis, etiam tunc, quando in diem Octavam incidit Feria 4. quatuor Temporum; quia Offitio propria illi Feriæ tantum dicitur in Laudibus, & Missa, non autem in II. Vesperis hodiernæ diei. Quod si cras occurrat Dominica, fit de ea Commemoratio, ut ibi, non autem de Feriæ. Idem est, si cras occurrat Festum Semiduplex, vel duplex minus; nam de utroque fit præter in hodiernis Vesperis Commemoratio ante Commemorationem de Feriæ Adventûs, pro cuius Commemoratione tunc accipitur Oratio Dominicæ præcedentis. Color albus.

Quando Dies Octava Concept. B. M. V. incidit in Dominicam III. Adventûs, tunc juxta dicta præcedente die tam Officium, quàm Missa dicuntur hodie de ipsa Dominicâ illâ III. Adventûs.

ventûs, ut ibi; de Die Octava autem fit eò in Casu solummodo Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa; non dicuntur tamen Suffragia propter Adventum, nec etiam Preces ad Primam, & Completorium propter Octavam, ita præcipiente Rubricâ novorum Breviariorum, ac Missalium. In Prima tamen etiam in tali Casu dicitur ad Responsorium breve Versus: Qui natus es de Maria Virgine, & in Missa ( in quâ, dicendâ cum Credo sine Gloria, post Commemorationem de die Octava fit etiam Commemoratio S. Eusebii ) dicitur nihilominus Præfat. de Festo Conceptionis; ac denique Hymni quoque Horarum terminantur, ut præcedentibus Diebus, per verba: JESU tibi sit Gloria, qui natus es &c; At in fine Missæ dicitur: Benedicamus, & Evangel. S. Joannis. Col. Viol. In II. Vesperis ( pariter dicendis in tali Casu de Dominica, nisi cras occurrat fieri de Festo duplici ) fit rursus solum Commemoratio de Die Octava, ut in 2. Vesperis Festi, attamen ante Commemorationem de Festo Semiduplici ( faciendam, ut in 1. Vesperis talis Festi, si quod cras est celebrandum ) idque ob Rationem supra die 10. hujus ex Gavanto datam. Col. Viol. Quod si crastinâ Feriâ II. occurrat Festum duplex, tunc Vesperæ hodiernæ Dominicæ dicuntur quidem de illo, attamen Commemoratio Do-

[112]

mini-



dominicæ adhuc fieri debet ante Com-  
memorationem *Diei Octava*, ut no-  
tat Gavantus *Tom II. Sect. 3. cap. 8.*  
*num. 14.* & tunc in Vesperis hodiernis  
*Color Festo* crastino Conveniens.  
Post *Vesperas* hodiernæ diei in  
Casu, quò ista incidit in diem Domi-  
nicam, dicuntur hodie, post dictum in  
illis *Benedicamus*, *Vesperæ Defunctorum*  
(modò suprà ad initium hujus Men-  
sis declaratò) pro sequente Feria II.  
nisi cras occurrat fieri de Festo 9.  
Lectio-num.

16. Nisi hodie occurrat fieri  
de Dominica, aut de Festo 9. Lectio-  
num, seu *occurrente*, seu *translato*, sit  
hodie de Fet. curr. Adventùs, mo-  
dò suprà P. I. Feria II. post Domi-  
nicam I. Adventùs in Breviar. Ro-  
man. descriptò : & siquidem ho-  
dierna dies sit Feria II. dicitur ho-  
die juxta propriam Rubricam Bre-  
viiarij Romani post *Laudes* dici pri-  
mum Nocturnum *Officij Defunctorum*,  
unà cum *Laudibus* eorundem,  
ac pridianis Vesperis : in *Missis* au-  
tem *privatis* dicit. tunc 2. locò : *Fide-*  
*lium. 3.* *DEUS*, qui de B. M. *Missæ* verò  
*Principalis* dici potest pro Defunctis ;  
ut *Rubr. 5. Missal.* & sic quavis, ac solà  
Feria II. per Adv. usque ad Vigiliam  
Nativitatis exclusivè, exceptà ex  
parte Vigilià S. Thomæ, si incidat  
in Feriam II. ut ibi. Quòd si ve-  
rò in hanc diem, aut in aliam hanc  
subsequentium dierum incidant quat.  
*Tempora*, tunc ordinantur *Officium*

& *Missæ*, ut suprà P. I. ac in Bre-  
viar. & *Missal. Rom.* suis locis,  
nempe infra *Hebdomad. III.* Ad-  
ventùs. Idem est, si in aliquo  
sequentium dierum incidat Domi-  
nica III. aut IV. Advent. Quòd  
si autem in aliqua illarum usque ad  
Vigiliam Nativitat. Domini exclusi-  
vè occurrat fieri alicubi, aut ibi  
quando de Festo 9. Lectio-num, seu  
*occurrente*, seu *translato* (ut quando-  
que contingit in Societate JESU)  
in qua, si S. Bibiana cadat in Domi-  
nicam, transferre illam necesse est in  
diem 17. Decembr.) *Officium*, & *Missæ*  
dicuntur de Festo, cum Commemo-  
ratione tamen *Feria Adventus*, ut  
*quat. Temporum*, die illa occurrat.  
Possè enim etiam die 17. Decembr.  
necnon sequentibus quoque Diebus  
in quibus dicuntur *Antiphona* *inven-*  
*ientes* ab O, usque ad *Vigiliam*  
*Nativitat. Domini* exclusivè, fieri *Offi-*  
*cium*, & *Missam* de quocunque Festo  
9. Lectio-num, seu *occurrente*, seu *tra-*  
*slato*, decrevit Sac. Rom. Congr.  
1692. 17. Maij. Quòd si in hodiernam  
diem alicubi incidat *Dies Septima*  
*infra Octavam* alicujus *Festi*,  
hodiernæ Vesperæ erunt *Festales*,  
nisi factum hodiè fuerit de Fes-  
to 9. Lectio-num; quia, cum sequen-  
ti die non possit amplius aliquid fieri  
de *Octava* (ut mox dicitur) deo nec  
pridianas Vesperas dici oportet  
venit de illa, ut alibi dictum, &  
tradit Gavant. *Tom. II. S. 3. n. 9.*

Aliud est, meò Judiciò, de  
 anterioribus diebus *Octava*, ho-  
 die occurrentibus, ut alibi osten-  
 tum est, ubi Gavantum & Lohne-  
 um inter se dissidentes in hoc pun-  
 to conatus sum invicem conci-  
 lare.

17. OFFICIUM, & MISSA or-  
 dinantur hodie modò heri annora-  
 ti. Ceterum ab hac die usque ad  
 festum Epiphaniæ juxta Rubric. Ge-  
 ner. VII. recogniti Breviarij n. 1.  
 suspenduntur omnes *Octava*  
*providentes*; ità, ut die hac advenien-  
 tial amplius fieri possit de ejusmo-  
 di *Octava* intra id Tempus, ne quidem  
 Commemoratio, quantumvis  
 non per aliquot dies factum sit. Of-  
 ficiam de illa. Vide Gav. S. 3. c.  
 n. 8. & 9. & simul heri dicta  
 ubi necnon inferiùs dicenda die  
 21. Decembr. occasione Festi  
 S. Thomæ Apost. cui etiam ibi, ubi  
 S. Patrus Ecclesia per recentiores  
 Breviarij recogniti Rubricam non  
 amplius conceditur *Octava*, quò  
 gaudebat usque ad *Vigiliam Na-*  
*tivitatis Domini*, seu diem 24. Decem-  
 bris, exclusivè, uti videre est in Ru-  
 bricâ Gener. VII. veterum Brevia-  
 riorum, nec non in *Octavario Ro-*  
*mano* annò 1628. Antverp. impresso  
 fol. 124. &c. necnon apud Castal-  
 dum in *praxi Cæremon.* l. 3. l. 12. c.  
 n. 3. non amplius quoad hoc se-  
 quendum.

Hac quoque die, & subsequen-

tibus hanc *Ferijs*, ante *Vigiliam Nati-*  
*vitatis Domini occurrentibus*, dicun-  
 tur regulariter in Ecclesia univër-  
 sali ad *Laudes*, & per *Horas* propriæ  
 illæ Antiphonæ in Proprio de Tem-  
 pore post Dominicam III. Adventûs  
 pro Feria II. III. IV. V. & VI. assi-  
 gnatæ, incipiendo hodie ab illis-  
 quæ *Feriæ hodiæ* currenti correspon-  
 dent, deinceps autem ponendo re-  
 liquas in proprijs semper *Ferijs*, sic  
 ut si hodierna dies incidat e. g. in  
 Feriam III. tunc Antiphonæ *Rorate*,  
*&c.* assignatæ in Breviario pro *Lau-*  
*dibus*, & *Horis* *Feriæ* III. ponantur  
 hodie; assignatæ verò ibidem pro  
 Feria II. *Ecce veniet &c.* primùm in  
 Feria II. sequentis Hebdomadæ die  
 23. Decembris. Quòd si dies 17.  
 Decembr. fuerit Dominica, Anti-  
 phonæ prædictæ propriæ pro *Laudi-*  
*bus*, & *Horis* dictarum *Feriarum* in-  
 choantur primùm Feria II. quæ e-  
 rit dies 18. Decembr. Quæ autem  
 dicendæ essent die, in quo occur-  
 rit Festum S. Thomæ, dicuntur  
 tunc in Sabbato cum *Psalmis* *Sab-*  
*bati*, quartâ tamen Antiphonâ (*Ec-*  
*ce DEUS meus &c.*) prætermittâ, &  
 ejus locò ad canticum dicendo An-  
 tiphonam: *Exspectetur sicut pluvia*  
*&c.* extrantem ibidem post Antipho-  
 nas *Feriæ* VI. sub Titulo: *Sabbato*,  
 nisi *Vigilia Nativitatis* venerit in  
*Dominica*: tunc enim in Sabbato  
 adhuc quidem *Psalmi Matutinales*,  
 ac *Laudum* dicuntur, ut in *sabbato*  
 per

per annum; at verò Antiphonæ ad *Laudes* & per *Horas* sumuntur tunc ex *Laudibus Dominica IV. Adventus*: *Canite tubâ &c.*, quartâ tamen Antiphonâ (*Dominus veniet &c.*) prætermittâ, & locò ejus dicendò prædictam Antiphonam: *Expectetur, sicut pluvia &c.*, utpote concordantem cum cantico Sabbatino: *Audite Cæli &c.*, de quo sumpta est: Antiphona verò ad *Benedictus* tunc (quando nempe *Vigilia Nativitatis* venit in *Dominica*) erit: *Ecce Completa &c.*, cum *Oratione Sabbati* quat. *Temporum* tunc occurrentis, ut ibi *Sabbato* quat. *Temporum* in fine: Antiphonæ verò feriales in *Propr. de Temp.* assignatæ pro *Laudibus*, & *Horis feria 5.* (*de Sion venit*) tunc occurrentes in die *S. Thomæ*, eò annò prætermittuntur, & in *Dominica* sequente dicuntur tunc in *Laudibus* *Officij* Antiphonæ de *Vigilia Nativitatis*, de qua tunc fit *Officium*, & *Missâ*, cum *Commemoratione Dominicæ*, ut ibi.

Dixi autem suprà, die *hodierna*, nempe *17. Decembris*, *regulariter*, & in *Ecclesia universali* inchoari illas proprias *Laudum*, ac *Horarum feriarum* Antiphonas, quæ pro *sex ferijs*, *Vigiliam Nativitatis Domini* antecedentibus in *Proprio de Temp.* post *Dominicam III. Adventus* assignantur. Ratio hujus limitationis, restrictionisque est i. quia si die *17. Decembris*, aut alia

sequente sit faciendum de *Festo* *Lectionum*, diversò à *Festo S. Thomæ*, v. g. *Semiduplici* *translato*, tunc assignatæ pro *feria* die illo occurrente eò annò, aut locò omittuntur, quia *Teste Gavant. Tom. 2. sect. 6. cap. 2. n. 7.* *Gregorius XIII.* concessit *Hispanis*, ut anticipent prædictas Antiphonas ad diem *16. Decembris*; eò quòd die *17.* celebretur *Festum Expectationis Parturientium*. V. *At quid* (inquit idem *Gavantus*) *quando dies 16. est Dominica* & responder: *Eò annò omittuntur Antiphonæ Feria II. eâ ratione, quæ in generali Ecclesia omittuntur Antiphonæ illius Feria, in qua occurrit Festum S. Thomæ, quando Vigilia Nativitatis occurrit in Dominica, cujus Dominica Antiphonæ cum dicantur tunc in Sabbato, præterea Antiphona illius Feria, in qua occurrit Festum S. Thomæ, eò annò dici non possunt in Sabbato.* Quòd si alibi contingat, reponi saepe memoratæ *dictarum Feriarum Antiphonas* in *feria* diversa ab ea, cui sunt assignatæ, tunc (ut loco citat: *reverti* monet *Gavant.*) Antiphona quæta ea erit, quæ conformis est cantico in *Laudibus* recitando, sicut præscribitur de Antiphonâ *Expectetur*, reservatâ *Sabbato*: quæ tamen Antiphona *Expectetur*, si *Festum S. Thomæ* incidat in *Sabbatum*, annò illò omittitur, ut dicitur in *propria Rubrica*.

Hac eadem die 17. Decembris

his inchoantur ad Vesperas Anti-  
phonæ majores, singulæ incipien-  
tes ab O, ac positæ in Breviario  
mediate post Dominicam III. Ad-  
ventus, quæ per Septem dies, Vi-  
giliam Nativitat. Domini imme-  
diate antecedentes, ante, & post  
significat integræ dicuntur, sicut  
in duplicibus, liquidem Officium fi-  
t de Feriali, aut Dominica; si verò fi-  
t de Festo 9. Lection. dicuntur post  
Orationem Festi pro Commemora-  
tione Adventus. Porro de earum  
Oratio, Ordine, ac Loco, & cur ma-  
jores dicantur, erudita reperies a-  
pud Gavant. cap. 2. cit. à n. 1. Plu-  
res huc pertinentia vid. P. I. ad diem  
12. Decemb.

18. OFFICIUM, & MISSA eò  
respective hodie ordinanda sunt mo-  
do quo die 16. & 17. hujus Mensis.  
In Regni Hispaniarum celebratur  
die à pluribus jam annis Festum  
Exaltationis Partus B. M. V. sub Ri-  
tu duplici majore ex Sedis Apostoli-  
cæ Indulto. Huic simile Indultum  
pro omnibus suis Regnis & Domi-  
niis impetravit quoque sua Sacra-  
torum Majestas à Ss. D. N. Cle-  
mence XI. annò 1713. die 18. Octo-  
bris, ut scil. in his quoque sub dicto  
Festum (in Supplemento Breviariorum  
Missalium recentiorum descriptò)  
Officium recitari, & Missa de eodem  
celebrari possit. Col. Alb. Missa Rorate,  
cum Gl. & Cr. Præf. Et te in Festivitate.  
Lect. Evang. S. Joan.

19. OFFICIUM, & MISSA ho-  
die quoque eò respective modò in  
Ecclesia universali sunt ordinanda,  
quo die 16. & 17. Decembris. Quòd  
si crastina Vigilia S. Thomæ incidat in  
Dominicam ( id quod contingit,  
quando Festum S. Thomæ venit  
in Feriali. ) tunc Jejunium illius  
Vigiliæ de Præcepto anticipatur ad  
hanc diem, quæ tunc est dies Sab-  
bati, Officium tamen non fit de Vi-  
gilia, sed de Sabbato quatuor Tempo-  
rum tunc occurrente, ut suprà P. I.  
& in Breviar. Roman. suo loco post  
Dominicam III. Adven tús, nihilque  
omnino fit de Vigilia in Officio, ne  
quidem Commemoratio; Missa  
quoque ( etiam principalis ) tunc di-  
citur non de Vigilia, sed de fer. curr.  
quat. Temporum, cum Commemo-  
ratione tamen Vigilia in illa, sed si-  
ne ejus Evangelio in fine, & in ea-  
dem Missa ( dicendâ sine Gloria, &  
Credo, cum Benedicamus in fine ) tunc  
3. Oratio est: DEUS, qui de B. M. V.  
Præfat Commun. Col. Viol. Tam-  
meti autem in tali casu Jejunium  
Vigiliæ de Præcepto cadentis in diem  
Dominicam anticipetur ad Sabba-  
tum præcedens, non tamen perinde  
anticipatur ad alium diem Lectio  
seu Annuntiatio Vigiliæ in Marty-  
rologio, sed fit eò, quò aliàs die, ut  
jam pluries monui ex Gav. & Arnaud.

20. VIGILIA S. Thomæ Apostoli.  
Simpl. Col. Viol. Jejunium de Præcep-  
to. De hac Vigilia nihil fit un-  
quam

quam in *Officio*; dicitur tamen de  
de ea *Missâ*; nisi veniat in *Feria*  
quat. *Temporum*; quia tunc juxta  
paulò antè dicta, & mox rursum di-  
cenda fit *Missâ de Feria illa quatuor*  
*Temporum*, de *Vigilia* autem fit in  
illa solummodo *Commemoratio*, si-  
ne hujus *Evangelio* in fine *Missæ*,  
& 3. *Oratio* tunc est: *DEUS, qui*  
*de B. M. V.*

Quando venit hæc *Vigilia*  
in *Dominica* ( uti contingit, cum  
*Festum S. Thomæ* incidit in *Feriam*  
*II.* ) tunc hodie nil fit de *Vigilia*;  
sed quoad *Jejunium de Præcepto* anti-  
cipatur ea ad *Sabbatum* immédia-  
tè præcedens quat. *Temporum*, quò  
quidem neque *Officium*, neque *Missâ*  
dicitur de *Vigilia*, sed de *Feria*, seu  
*Sabbato currente quat. Temporum*, ut i-  
bi, & suprà P. I. cum *Commemo-*  
*ratione* tamen *Vigilia* in eadem *Missâ*  
( sed sine hujus *Evangelio* in fi-  
ne ) & 3. *Oratione* de B. V. *DEUS,*  
*qui de B. M. V. &c.* modò heri de-  
claratò. *Col. Viol.* Hodie autem  
*Officium* & *Missâ* usque ad *Vespe-*  
*ras* exclusivè dicuntur tunc de *Do-*  
*minica IV. Adventûs*, ut ibi, & su-  
prà P. I. *Vesperæ* verò de *Festo* se-  
quente *S. Thomæ*, ut in I. *Vespe-*  
*ris* de *Communi un. Apostoli*, ex-  
ceptâ *Antiphonâ ad Magnificat*, &  
*Oratione*, quam utramque propriam  
habet, & fit in illis *Commemo-*  
*ratio Dominica*, ut ibi, *Color Ru-*  
*ber.*

Quando hæc eadem *Vigilia*  
*S. Thomæ* extra *Dominicam* occu-  
rens incidit in *Feriam* aliquam quat.  
*Temporum*, nihil fit de illa in *Offi-*  
*ciis* ne quidem *Commemoratio*, sed  
quoque tunc non dicitur de *Vigilia*,  
sed de *Feria quatuor Temporum* hoc  
occurrente, sine *Gloria & Credô*,  
in *Missâ* infra *Hebdomadam*,  
*Adventûs*, & suprà P. I. cum *Com-*  
*memoratione* tamen *Vigilia*, in 3.  
*Oratione* de B. V. *DEUS, qui de B.*  
*M. V.* nisi simul occurrat alicubi  
stium simplex; tunc enim de illa  
dicenda foret 3. *Oratio*. *Præf. Com-*  
*muni S. Joannis*, non autem *Vig-*  
*iliae. Color Viol. Jejunium de Præ-*  
*cepto.*

Si eras occurrat *Dominica*  
tunc, translatò *crastinò Festo S. Tho-*  
*mæ Apostol.* in diem sequentem  
*Vesperæ* hodiernæ in *Ecclesia* autem  
fali dicuntur de *Dominica* sequente  
ut ibi, & suprà P. I. alioqui de *S.*  
*Thoma*, ut infra, cum *Commemo-*  
*ratione* *Feriæ Adventûs*; pro qua  
tamen *Oratio* non est sumenda et  
hodierna *feria quatuor Temporum*  
sed ex *Dominica* præcedente; *Antiphona*  
autem major pro *Feria* *Ad-*  
*ventûs* est: *O Clavis, &c. Color*  
*Ruber.*

Quando verò hæc die nec  
*Feria quat. Temporum*, nec *dies Dom-*  
*inica* occurrat, tunc *Officium* quò-  
dem non fit de *Vigilia*, sed de *Feria*

Advent. in Eccl. univ. ut supra P. & in Brev. Romano Feriâ II. post Dominicam I. Adventûs declaratur, cum Oratione Dominicæ proximè præcedentis, ac *Precibus Ferialibus* ad Laudes & per Horas, flexis ( in Choro saltem ) genibus, sine Commemorazione ulla de *Vigilia*. Ad Laudes, & *Vesperas* quoque non fit Commemoratio. de *Cruce*, nec dicuntur Suffragia Sanctorum, ut in suspensa toto Tempore Adventûs. Missa tamen, etiâ *Conventualis*, tunc dicitur de *Vigilia*, ut in Communi de *Vigilia unius Apostoli*: *Ego autem sicut Oliva &c* sine *Credo*. cum 2. Oratione de *Adventûs* ex *Dominica* proximè præcedente. 3. autem: *DEUS*, in B. M. V. nisi hodie occurrat Feriâ II. tunc enim Oratio 2. est *Fidelium*. 3. autem de *Feria*, ex *Dominica* præcedente, nisi lubeat 5. aut 7. dicere Orationes, quia tunc 2. est de *Feria*, penultima verò *Fidelium*, quod cæteras autem observandus est Ordo præscriptus in *Missali Romano* Rubricâ *Gener. VII. n. 5.* præf. *Communis*. In fine *Benedictionis*, & *Evangelium S. Joannis*. Sicuti autem in tali casu præf. *Gener. III. n. 4. & V. n. 2.* non dicitur nisi una *Missâ Principalis* in *Cathedralibus*, & *Collegiatis*, ita etiam in Casu, quò *Vigilia* istius S. Thomæ incidit in *Feriam* quatuor *Temporum*, in iisdem [Pars II.]

non dicuntur propterea hodie 2<sup>o</sup> *Missæ Conventuales*, una de *quatuor Temperibus*. altera de *Vigilia*; quia ambæ dicendæ forent post *Nonam*, nullâ horâ intermediente inter eas, quod non convenire docet *Gavant. Tom. I. Part. I. Titul. 7. num. 2. ante finem.*

Quando occurrit hæc *Vigilia* in *Fer. II.* tunc post *Vesp. Dominicæ* præcedentis, dictò *Benedicamus*, dic. *Vespera Defunctorum*, & hodie post *Laudes diei*, itidem dictò *Benedicamus*, dic. I. *Nocturnum* unâ cum *Laudibus Officij Defunctorum* modò supra circa initium hujus *Mensis*, ac alibi declaratò. *Missâ* autem ( etiam *principalis* ) dic. tunc de *Vigilia*, ut paulò antè, cum *Oratione* 2. *Fidelium* pro *Defunctis*, & 3. de *Fer. Advent.* ex *Dominica* præced. *Col. Viol.*

*Vesperæ* hodiernæ, nisi cras occurrat *Dominica*, dicuntur in *Eccl. universali* sub *Ritu duplici* 2. *Classis de S. Thoma Apostolo*: ut in 1. *Vesperis de Communi Apostolor.* exceptâ *Antiphonâ ad Magnificat*, & *Oratione*, quam utramque propriam habet, & fit *Commemoratio* de *Feria* curr. *Adventûs*, pro qua *Antiphon. major* *O Clavis David &c*, *Oratio* autem *Dominica* præced. *Col. Rub.* Si autem cras occurrat *Dominica*, tunc in *Eccl. universali* *Festum S. Thomæ* transfertur in *Feriam II. subsequenter*; *Vesperæ* [K k k] ra

ſæ verò hodierna tunc usque ad Capitulum dicuntur de Plalterio, adeoque Ritu feriali, ut in Sabbatis per annum, à Capitulo autem dic. de Dominica ſequentè Advent: ut ibi, cum Antiphonâ ad *Magnificat*; *O Clavis &c. Col. Viol.* At verò ubi S. Thomas est Patronus propria Ecclesia, ibi occurrens etiam in Dominica IV. Adventus non transfertur, sed dicuntur de illo etiam tunc hodierna *Vesperæ* sub Ritu duplici 1. Classis, modò paulò antè relarò, & crastinum Officium cum Missa de eodem (verumtamen sine *Octava* juxta recentiorum Breviarij recogniti Rubricam Gener. VII. n. 1. in fin.) cum Commemoratione tamen *Dominicæ* in utrisque *Vesperis, Laudibus, ac Missa*, ut ibi. Hodiernò verò Sabbatò in tali loco dici tunc debent ad *Laudes* hodierni Officij Antiphonæ *Dominicæ IV. Adventus: Canite Tuba &c.* prætermisâ tamen quartâ (*Dominus veniet &c.*) cujus locò dici debet Antiphona *Expectetur &c.* in *Feriâ* ſecundâ autem ſubſequentè dici debent Antiphonæ ejusdem *Feriæ II.* quia (ut notat hîc Gavantus) *Octava* non fit ampliùs ut olim, de hoc Fefto in ea Ecclesia, aut loco, ubi est *Titularis*, aut *Patronus*, & Rubrica alia præcipit eas eſſe dicendas in Sabbato, quæ occurrunt in ipſo die S. Thomæ, ſi non transfertur. Si alicubi occurrat Fefstum

9. Lectionum in *Vigilia S. Thomæ* tunc in *Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis*, cantandæ ſunt 2. *Miſſæ* *vent.* una de *Fefto* poſt *Tertiam* altera de *Vigilia*, poſt *Nonam*, modò ſuprà die 29. *Novembr.* antè *ſermonem* declaratò ad mentem Gavanti *1. P. 1. Tit. 7. n. 2. Litt. h.* ubi notè monet, *Commemorationem Fefti Adventus* fieri debere in *Miſſa* de *Vigilia* non autem in illa, quæ eſt de *Fefto*. Quia, inquit, *Vigilia & Feria* ſunt juſdem rationis, ac proinde in *Miſſa* *Conventuali de Vigilia*, *tertia* Lectio tunc erit illa, quæ ſecundò locò alioqui diceretur.

21. S. THOMÆ APOST. In Ecclesia univerſali Dupl. 2. *Classis Color Ruber.* Niſi hac die occurrat *Dominica*, fit hodie Officium de *Miſſa* de hoc *Sancto*; & in Officio quidem omnia dic. ut in *Commemoratione* *Apoſtolorum*, ac propr. loco. *Lect. I. Nocturni* de *Epist. 1. ad Corinthios*. *Sic nos exiſtmet*, ut in *Commemoratione* *Apoſtolorum*. In *II. & III. Nocturnis* notantur hac die in *Propr. Sanctorum* cum 9. *Lectio* de *Homilia Fefti* quatuor *Temporum*, quando incidit in ejuſmodi *Feriam*, tunc autem ex *Octava*, & *nona* *Lectio* hujus *Fefti* poteſt fieri una. *Benedictus*, Antiphona propria: *Quia vidisti me &c.* eſtque eadem cum illa, quæ dicitur in *1. & 2. Vesperis* *Fefti*. Oratio pariter propria. In *Laudibus* fit *Commemoratio* *Ad-*  
ven-

ventus, pro qua Antiphona : *Nolite*  
*timere &c.*, uti notatur ante Feriam  
 contra Heptadecimam III. Adventus,  
 omisit Antiphonam alioqui ho-  
 die ad *Benedictus* assignatam  
 Verfus : *Vox Clamantis &c.* ut alias  
 pro Adventu : Oratio Dominicae  
 praecedentis, nisi hodie occurrat  
 Feria quat. Temporum; tunc enim  
 ad Laudes dicenda est Oratio pro-  
 pria Feriae illi occurrenti, cum praer-  
 ipua Antiphona : *Nolite timere &c.*  
 et Verfu : *Vox Clamantis &c.* omisit  
 Antiphonam Feriae currenti quat.  
 Temporum alioquin in Propr. de  
 Tempore ad *Benedictus* assignatam.  
 Quod si Festum hoc veniat in Sab-  
 bato, omittitur illud anno Anti-  
 phona cantici Sabbatini : *Expe-*

Missam, uti notatur in Propr.  
 Antiphonae cum *Glor. Cred.* & Com-  
 memoracione de Adventu, dicendo  
 Orationem Dominicae praecedentis,  
 nisi hodie occurrat *Feria quatuor Tem-*  
*porum*; tunc enim sicut in *Laudibus*,  
 ita & in *Missis privatis* pro Com-  
 memoracione Adventus sumenda est  
 Oratio ex *Missis* propria illi Feriae.  
 Praefat. de Apostol. in fine Evan-  
 gelium S. Joannis, nisi hodie oc-  
 currat *Feria quat. Temporum*;  
 tunc enim in fine *Missarum privata-*  
*rum* dicitur Evangelium illius Fe-  
 riae, cujus *Missam* extrat infra Hebdo-  
 mad. III. Advent. *Col. Rub.* In Ec-  
 clesijs autem *Cathedralibus* & *Collegia-*

tis dicuntur tunc duae *Missae Con-*  
*ventuales*, una de Festo, post Ter-  
 tiam, sine Commemoracione Fe-  
 riae, & sine hujus Evangelio in fi-  
 ne *Missae*, sed cum Evangelio S.  
 Joann. *Col. Rub.* Altera de *Feria*  
*quat. Temporum*, sine *Glor. & Cre-*  
*do*, & in hac Oratio 2. est : *DEUS*  
*qui de R. M. V. 3. Ecclesia*, vel pro  
 Pap. Praefat. Commun. & in fine  
*Missae* pariter Evangel. S. Joann.  
*Col. Viol.* Item *Jejunium de Praecepto*,  
 quando hoc Festum incidit in *Fe-*  
*riam quat. Temporum*. Quod si Fe-  
 stum S. Thomae Apost. non inci-  
 dat in *Feriam quatuor Temporum*, tunc  
 etiam in Ecclesijs Cathedralibus ac  
 Collegiatis non dicitur nisi una  
*Missam Conventualis*, ut supra.

*Vespera* de S. Thoma, ut in  
 II. *Vesper.* de *Communi Apostolor.*  
 excepta Antiphona ad *Magnificat* :  
*Quia vidisti me*, quae ( uti & Oratio )  
 dicitur, ut in I. *Vesperis*, & fit  
 Commemoratio Adventus, dicendo  
 Orationem Dominicae praecedentis  
 ( etiam tunc, quando hodie oc-  
 currit *Feria quatuor Temporum* ) nisi  
 cras sequatur *Dominica*; tunc enim  
 fit Commemoratio *Dominicae* sequen-  
 tis, ut ibi, non autem Feriae hodie  
 occurrentis in 2. *Vesperis* S. Tho-  
 mae : sive autem de ista, sive de  
 illa facienda sit in hisce *Vesperis*  
 Commemoratio, fit illa hodie per  
 Antiphonam majorem : *O Oriens*  
*&c. Col. Rub.* Atque modò haec.

[Kkk2]

nus



mus descripto ordinantur hodie Officium, & Missa, quando Festum S. Thomæ non incidit in Dominicam.

Quando autem Festum S. Thomæ venit in Dominica IV. Adventus, tunc ibi, ubi est Patronus, seu Titulus Ecclesie, adhuc quidem fit hodie Officium, & Missa in Col. Rub. de S. Thomæ, ut supra (cùm ibi tanquam Patrono Titulari, ac duplici 1. Classis occurrens Dominica major 2. Classis juxta Rubricas cedat) attamen per recentiore Breviarii recogniti Rubricam VII. Generalem Tir. de Octavis sine omni Octava, & cum Commemoratione Dominicae occurrentis in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, nec non cum Lectione 9. de eadem Dominica in Officio, & ultimo de illa Evangelio in Missa: at verò in Ecclesia universali transfertur tunc Festum S. Thomæ Apostoli in sequentem Feriam II. Et hodie fit usque ad Vesperas hodiernas exclusivè Officium, & Missa cum pridianis Vesperis de Dominica IV. Adventus, ut in Proprio de Tempore, ac supra P. I. Antiphona tamen Nolite timere &c, pro Commemoratione Adventus alioquin in Festo S. Thomæ hodie occurrente dicenda, non transfertur cum Festo S. Thomæ, sed debet tunc hodie dici ad Benedictus in Dominica locò Antiphonæ: Ave MARIA &c, utpotè affixa diei 21. De-

cembris, &, si alio die diceretur falsificaretur.

VESPERÆ autem hodiernæ Ecclesia universali dicuntur tunc de S. Thoma Apost. in diem festinam translato, ut in 1. Vesperis Apostolorum, cum Antiphona propria ad Magnificat: Quia vidisti &c, ac Oratione, ut ibi, necnon Commemoratione Dominicae IV. Adventus hodie occurrentis, per Antiphonam majorem: O Genes &c, pariter, ut ibi. Color ber.

22. Nisi hodie faciendum fit de Dominica, aut Festo S. Thomæ translato, tunc ordinantur hodie Officium, & Missa respectivè modo supra die 17. Decembris declarati, cum Antiphonis propriis ad Laudibus, & per Horas de Feria curr. Quod si verò hodie occurrat Dominica IV. Adventus, tunc fit Officium, & Missa de illa, ut in Psalter. ac proprio loco, nec non supra P. I. cum Antiphona majore ad Magnificat: O Genes quæ duplicatur. Col. Viol. & c. post Vesperas hodiernæ diei Benedictus dic. Vespera Desuador. pro festina Feria II. Adventus. Quod si autem ob occurrentem heri Dominicam, in diem, seu Feriam II. hodiernam transferatur Festum S. Thomæ Apostoli; tunc hodie fit de proprio loco, cum Commemoratione Fer. Advent. in Laudibus, Missa, & Vesperis.

in quibus pro Commemo-  
 Advent. dic. Antiph. major :  
*Re: Gentium. Versus : Rorate Celi.*  
 oratio Dominicæ hesternæ IV. Adv.  
 Col. Tub.

23. Nisi hodie occurrat Do-  
 minica, fit hodie *Officium & Missa*  
 Feriâ Adventûs, ut supra die  
 Decembr. cum Antiphonis pro-  
 priis ad *Laudes*, & per *Horas* de Fer.  
 & Oratione de Dominica præ-  
 cedente, nisi hodie fit Sabbatum ;  
 tunc enim in Sabbato hodie occur-  
 re dicuntur Antiphonæ de Lau-  
 dibus Dominicæ IV. Adventûs :  
*Canite Tuba &c.*, quartâ prætermis-  
 sâ, cujus locò tunc dicitur Anti-  
 phona : *Expectetur &c.*, extans ante  
 versum II. infra III. Hebdomadâ  
 Adventûs; illæ verò Antiphonæ,  
 quæ assignantur pro *Laudibus & Ho-*  
*ris* Feriæ, in qua occurrit Fe-  
 stum S. Thomæ, eò annò præter-  
 mittuntur : Oratio quoque, si ho-  
 die fit Sabbatum, & fiat de *Feria*,  
 non dicitur de *Dominica* præcedente,  
 sed de *Feria* quat. *Temperum*, de qua  
 fit hodie *Officium*, & *Missâ*, usque  
 ad *Vesperas* exclusivè, ut ibi, & su-  
 pra P. I. Sive autem hodie fit Sab-  
 batum, sive non, Antiphona ta-  
 men ad *Benedictus* hac die semper  
 est : *Ecce Completa &c.*, omisâ illâ,  
 quæ aliqui pro *Feria* hodie occur-  
 rente assignantur. Si hodie fiat Of-  
 ficiûm de Feriâ II. post Dominicam  
 IV. Adventûs, post *Laudes* diei ( in

quibus : & ad *Horas* Antiphonæ  
*Ecce veniet &c.* ) dictò *Benedicamus*  
 dic: I. Nocturnum, & *Laudes* *Officii*  
*Defunctor* : & in *Missis* privatis 2. Ora-  
 tio *Fidelium*. 3. *DEus, qui de B. M. V.*  
 Missa autem principalis dici potest  
 pro *Defunctis* ut P. I. & in *Rubr.*  
*Brev: ac Missalis.* *Vespera* ( nisi ho-  
 die, vel cras occurrat *Dominica* ) dic:  
 de *Feria* *currente*, ut supra P. I. & in  
*Breviario Romano* Feriâ II. post Do-  
 minicam I. Adventûs, cum Antiph.  
 majore ad *Magnificat* : *O Emmanuel*  
*&c.*, *Precibus* ferialibus, & Oratio-  
 ne *Dominica* *præcedentis*. *Color Viola-*  
*ceus.*

Si hodie occurrat *Dominica*,  
*Officium*, & *Missâ* dicuntur hac die  
 de *Dominica* IV. *Adventûs*, ut supra P.  
 I. *Officium* nempe, ut in *Psalterio*  
 ac propr. loco cum Antiphona ad *Be-*  
*neditus* : *Ecce Completa &c.*, omisâ  
 Antiphonâ : *Ave Maria &c.*, alio-  
 qui hâc *Dominicâ* dici solita. *Missâ*  
 verò, uti notatur in *Propr: de*  
*Temp. sine Gloria*, cum *Credo*. 2. O-  
 rat: *DEus, qui de B. M. V.* 3. *Ecclesia*,  
 vel pro *Pap. Præf. Communis*. In  
 fine *Benedicamus*, & *Evang. S. Joan.*  
*Col. Viol.*

*Vespera* de ead. *Dominica*,  
 Antiph. *Canite Tubâ*, cum reliquis  
 de *Laudibus* : *Psalm. Dixit Dominus*  
 cum reliquis de *Dominica*. *Capitulum*,  
 & cætera, uti notantur in  
 loco. Antiphona ad *Magnificat* : *O*  
*Emmanuel &c.*, Oratio *Dominicæ* cur-  
 rentis

[K k k 3]

re:.

teris. Ad Completor. Preces Dominicales. Col. Viol. Quia autem quando Vigilia Nativitatis Domini incidit in Feriam secundam ( uti fit in casu, quò hodie occurrit Dominica IV. Adventus ) Officium Defunctorum illà Ferià II. non dicitur, uti tamen dicitur in alijs Ferijs secundis per Adventum, Officiò 9. Lectionum non impeditis, ideo in tali casu nec hodie dicentur *Vespera Defunctorum*, uti Gavanti. & Arnaud. in Tit. de Offic. Defunctor. animadvertunt.

Quòd si cras occurrat Dominica, tunc in hodierno Sabbato quatuor Temporum ad *Laudes* hodierni Officij *serialis* ( recitandi, ut supra P. I. Ferià II. post Dominicam I. & Sabbat. ante Dominicam IV. Advent. necnon propriò suo locò annoratur ) non sunt dicendæ Antiphonæ illius Feriæ, in quam eò annò incidit Festum S. Thomæ, sed ijs omisissis pro illò annò recitandæ sunt Antiphonæ de *Laudibus Dominica quarta Adventus*, quarà prætermisã, cujus locò hodie dicitur ad *Canticum Sabbatinum* Antiphona *Expetitur*, cantico illi, simulque Tempori conveniens; Ad *Benedictus* autem dicitur tunc hodie Antiphona *Ecce Completa &c.*, cum Precibus *serialibus*, & Oratione Sabbati quatuor Temporum ad *Laudes* & per *Horas* usque ad *Vesperas* exclusivè, ut ibi. Col. Viol. Missa

hodierna eo in Casu dicitur de *tabaio curr. quat. Temporum*, uti notatur in propriò locò supra P. I. cum *Oremus, stectamus genua* post *Hy eleison*, & Prophetijs, seu pluribus Lectionibus, at sine *Glor. & Grad.* ut ibi. Orat. 2. *DEus, qui de N. V. 3. Ecclesia*, vel pro Pap. *Præfatio* Commun. In fine *Benedictus*, & Evangelium S. Joan. Col. Viol. Et que tunc hodie *Jejunium de Præfatio* *Vesperæ* verò dic: tunc hodie que ad Capitulum ritu *serialis*, in Pfalterio in Sabbato per annum, à Capitulo de Dominica IV. *Adventus*, ut ibi: Antiphona ad *Magnificat*: *O Emanuel &c.* quæ duplicatur. Oratio de eadem Dominica quartà, ut ibi. Ad Completorium dic: Preces Dominicales. Col. Viol.

Reperij hinc & superius nulla spectantia ad I. Partem huius Ephemerologij, non tamen propterea à meo intento ac sine ( qui eas ibi agere de *Dominicis & Ferijs*, hinc autem de *Festis*, & *Profestis*, seu *Vigilijs* ) me aberraturum existimavi, eò quòd contingere possit, ut aliquando, aut alicubi eo die, quo aliqui fit de *Festo*, aut *Vigilia* tali, vel tali die *Menfis* non fiat de *Festo*, aut *Vigilia* quidquam, sed de *Feria* aut *Dominica Adventus*, vel vicinior, unde Exemplò Gavanti ( aliquando per accidens parte unà eadem repetentis, quæ habet in altera, ut

stat ex instituto ) Lectori rem  
eam & commodam facturum me  
tari, si utroque in loco ea quan-  
tisque proponerem, quæ si non  
semper, saltem quandoque, vel  
mutuam inter se habent connexio-  
nem, aut aliquam ab invicem de-  
pendentiam &c.

24. VIGILIA NATIVITATIS  
DOMINI, in qua *Jejunium de Præcepto*,  
non illa veniat in *Dominica*; tunc  
hoc anticipatur ad Sabbat.  
presidens quatuor Temporum, non  
est *Officium & Missa* Vigiliæ, in  
a. Col. *Viol.* Si venerit extra  
dominica hæc *Vigilia*, *Officium* sic  
mutatur. Ad Matutinum dicitur  
Invitatorium proprium : *Hodie Scie-*  
*ntis*, Hymnus de Adventu : *Ver-*  
*bum Supernum &c.* ut in *Dominica* l.  
Advent. Antiphonæ & Psalmi de  
eius corrente, ut in Psalterio : *Ver-*  
*ba* propr. *Hodie Scietis &c.* cum 3.  
Lectioibus de Homil. Vigiliæ, ac  
3. Responsorijs pariter proprijs, ut  
ibi. Deinceps verò ad Laudes, &  
per Horas fit *Officium* sub Ritu *du-*  
*plex*, ut in propr. locò : quia enim  
in *Vigilia* illius Festi (inquit Gav.)  
quod est *Initium salutis nostræ*, Jure  
merito cum Exultatione est cele-  
branda; est quoque ( ut idem ob-  
servat ) *Officium* hujus diei partim  
*privilegiatum*; quia est *Vigilia*; partim ve-  
*ro Festivum*, juxta illud : *Levate Ca-*  
*pta vestra &c.* Quod si venerit in  
Sabbato hæc *Vigilia*, tunc locò Psal-

mi *Jubilare* in Nocturno dicitur Psal-  
mus : *Bonum est Confiteri Domino &c.*  
nè prior bis dicatur, nempe ad *Ma-*  
*tutinum*, & ad *Laudes*, in quibus  
posterioribus in hac *Vigilia* dicitur  
Psalmi, ut in *Festis*, & *Dominicis*  
per annum. Quia item in  
Prima hujus *Vigilia* Annuntiatur in  
Martyrologio Nativitas DEI, ac  
Domini SALVATORIS NOSTRI, ideo  
ut monent hic Gavantus & Baul-  
dryus mox citandi, saltem Marty-  
rologium in Choro majori cum So-  
lennitate, quàm aliàs, solet decan-  
tari : qua in re, inquit Gav. quis-  
que abundat in Ritu suo : illud ta-  
men Communiter solet observari,  
ut, quando Lector Martyrologij di-  
cit : *In Bethlehem Juda &c.* ipse ele-  
vet vocem, reliqui verò omnes, i-  
psò exceptò, genua flectant usque  
ad ea verba : *secundùm Carnem*,  
eà ratione, quâ ad Missam genu-  
flectimus in Symbolo ad ea : *Et in*  
*carnatus est*; & in ultimo Evangelio  
ad illa : *Verbum caro factum est* &  
humiliatò namque pro Nobis DEO,  
& Nos usque ad Terram profundius  
solicitò humiliari decet, quòd & ad-  
ditum est in Postrema Martyrolo-  
gij Recognitione. Gavant. Tom. II.  
s. 6. C. 4. De reliquo Prima hu-  
jus *Vigiliæ* cum cæteris Horis di-  
citur, ut in Duplicibus per Adventu-  
m, atque adeò sine Precibus Do-  
minicalibus, & ad Absolutionem  
Capituli dicitur Capitulum Nonæ,  
ut

ut si. Quia autem PRIMA hujus Vigiliæ in insignioribus præsertim Ecclesijs, decantari solet solemniter, aut saltem Martyrologium juxta antè dicta, ideo Sacrista, aut alius ante Primam in medio Chori, vel ante Altare parat Pulpitum pannò Violacèò tectum, super quod ponit Martyrologium grandioris formæ, si fieri potest, tectum etiam eodem Colore, ut monet *Baudry P. 4. c. 2. n. 2. & 3.* sequentibus dein numeris accuratè declarans, quid tam hodie, quàm sequenti sacra Noctè, ac Feslo Nativitatis, imò ab hoc usque ad Feslum Purificationis, tam in Choro, quàm extra Chorum circa Horarum Canonizarum, ac celebrationem Missarum (solemniùm præsertim) ac utrarumque præparatoria, tam à Celebrantibus, quàm ab harum Ministris sit observandum. Missa (si Vigilia Nativitatis Domini veniat extra Dominicam) dicitur hac die, uti notatur in Proprio de Tempore sine *Glor.* & *Cred.* omittiturque tunc post Graduale *Alleluja*, cum sequenti Versu: Dicitur quoque tunc nonnisi unica Oratio. Præfat Commun. in fine *Benedicamus*, & Evangel. S. Joan. *Col. Viol.* Vid. Castald. in *Prax. Cærem.* l. 3. f. 1. c. 5. accuratè exequentem tum Romæ (in Palatio Apostolico) tum alibi observanda ac præparanda hac die, omnèsque ejus Cæremonias, nominatim in

decantanda Primà, ac cæteris hujus minoribus.

Quando verò Vigilia Nativitatis Domini venit in Dominica, tunc Officium fit hòc modò: ad Matutinum Invitatorium de Vigilia: *Hodie Sciens &c.* ut ibi; Hymnus de Adventu *Verbum Supernum proditens &c.* ut in Matutino Dominicæ I. Adventus: Antiphonæ, & Psalmi per totum Matutin. ut in Psalterio in Dominicis Tempore Adventus. Hic est de Versu I. & II. Nocturni, ut ambo pariter dic. ut in Psalterio Tempore Adventus: Lectio verò, & Responsoria in I. & II. Nocturno dicuntur de Dominica IV. Adventus, ut ibi. In III. Nocturno Vers. de Vigilia: *Hodie Sciens &c.* ut ibi: Tres quoque Lectio III. Nocturni unà cum suis Responsorijs dicuntur de Homilia Vigiliæ, ut ibi, sine 9. Lectione de Homilia Dominicæ occurrentis. Læus cum reliquis Horis similiter dicitur (sub Ritu dupl.) uti in proprio loco, cum Commemoratione Dominicæ 4. Adventus per Antiphonam: *Ave MARIA &c.* Vers. *Vox clamantis &c.* ac Orationem: *Excita quæsumus* ut ibi. *Col. Viol.* Missa autem quando Vigilia Nativitatis venit in Dominica, dicitur quidem eadem, quæ aliàs, nempe: *Hodie Sciens &c.* ne *Gloria*, ac cum Commemoratione Dominicæ IV. Adventus: ob quam tunc in Missa hodiernæ Vigiliæ dicitur

quoque *Credo*, uti diserte tradit  
 Gavant. Tom. I. P. I. Tit. 11. lit. 1.  
 Tit. 4. Tit. 3. n. 1. cujus Doctri-  
 nae Subscribit Praxis Romana, uti  
 dicitur. erat in Directorio Romano  
 anno 1702. Post Graduale quoque  
 dicitur *Alleluja, Alleluja*, cum  
 versu sequente, ut ibi, sed non die.  
 Oratio: dicitur autem Præ-  
 commun. & in fine *Benedicamus*,  
 Evangelium S. Joannis, non au-  
 tem de *Dominica* occurrente. Quia  
 Gavant. l. c. Gavantus, lectum id  
 est sabbato præcedente, nec  
 nam hodie id *Matutinum*, ut ad-  
 huc Bauldryus, Col: Viol. & Mini-  
 stris ad Missam solennem in Casu,  
 Vigilia Nativ. Domini occur-  
 rit *Dominica*, utentur Dalmaticâ,  
 & Tunicella. Bauldry P. 4. c. 2. ubi  
 cum Castaldo ait: Missam  
 principalem dicendam solenniter,  
 regulariter à Superiore Ecclesiæ.  
 Rubric. præfixam Missa hujus. V.  
 Circa Missam hodiernæ Vi-  
 gilia illud insuper monet Gavi: Tom.  
 4. Tit. 3. n. 1. si Vigilia Nativ. Do-  
 mini veniat in *Dominica*, Missam  
 principalem cantandam hodie esse de-  
 bita post Tertiam, ac post Aspertho-  
 nam Aquæ Benedictæ; quia eod. die  
 non jejunant; & licet aliud vide-  
 tur præscribi Rubr. Gener. P. I. Tit.  
 3. n. 2. Verbis illis: *Quamvis Dies*  
*solennes*, id tamen de ijs intelli-  
 gitur in quibus & jejunatur, & dua  
 [Pars II.]

cantantur *Missæ*, una de festo, Altera  
 de Feria, quæ huic Missæ non con-  
 veniunt. Si verò alij infra Hæ-  
 bdomadam diebus occurrat hæc Vi-  
 gilia, *Missæ Conventualis* de illa can-  
 tatur post Nonâ. Duplex quodeun-  
 que, etiam Patroni, & Tituli Ec-  
 clesiæ, vel Dedicacionis ejusdem,  
 in hac Vigilia occurrens transferitur  
 per Rubr. Gen. X. Brev. n. 7. & Notan-  
 dum Tab. occurrentiæ subscriptum  
 in primam diem Festo duplici, vel  
 semiduplici non impediri, esto in  
 sequentem fortassis annum sit trans-  
 ferendum. Prohibentur quoque hodie  
 Missæ votivæ privatis, etiam de Requiem,  
 quantumvis præsens sit Corpus. Can-  
 ratâ Nonâ terminatur Tempus Ad-  
 ventûs, & cessat Versus: *Angelus*  
*Domini &c.* cum Collectâ: *Gratiam*  
*tuam quesumus &c.* & illâ altâ: *DEUS*,  
*qui de B. M. V. &c.* respectivè in Offi-  
 cio, & Missa. Vespere hodiernæ (in Choro  
 solennissimè decantandæ) dicitur sub  
 Ritu dupl. 2. Classis, uti notatur in  
 propr. loco, sine omni Commemo-  
 ratione etiam tunc, quando hodie,  
 aut crâs occurrat *Dominica*. Ad Ini-  
 tium Hymni: *JESU Redemptor o-*  
*mnium &c.* in Vesperis solenniter de-  
 cantatis Officiator jungit, extendit,  
 & elevat manus, ac caput inclinat  
 Versus Altare juxta Cæremôn. E-  
 piscop. apud Bauldry P. 2. c. 11. n. 25.  
 Idem fit ad initium Hy-  
 mni

anni : *DEUS tuorum militum &c* in Vesperis solemnibus, de uno Martyre cantatis, v. g. in Festo S. Stephani Protom. 26. hujus, &c. Bauldry *ibidem*. Si post Vesperas hodiernas sit è Choro discedendum, dicitur Antiphona : *Alma Redemptoris Mater &c*, cum Versu : *Post Partum Virgo &c*, & Oratione : *DEUS, qui salutis aeterna &c*, & sic dicitur praedicta Antiphona in fine Officij usque ad II. Vesperas Festi Purificationis B. M. V. inclusivè, & non ultrà, etiam cum transfertur modò memoratum Purificationis Festum, ut ibi dictum. Hymnus Vesperarum, ac Completorii terminatur per Verba : *JESU ibi sit gloria, qui natus es &c*, & sic terminantur omnes deinceps Hymni ejusdem metri usque ad Epiphaniam exclusivè. *Col. Alb.*

*Vigilia Nativit. Domini in Dominicam* incidente, in Cœna illius Dominicæ pro Benedictione Mensæ dicendum : *Verbum Caro factum est &c*, & in fine : *Notum fecit Dominus &c*, quia jam à primis Vesperis inchoandum est *Festum Nativitatis*, ut notat Henric. Pisart in Directorio suo Canonico in Propr. de Temp. c. 1. n. 12. ac ante illum quoque id tradidit Bauldry P. 2. c. 21. n. 6. cui tamen in nonnullis alijs, Benedictionem Mensæ concernentibus, aliorum Sententia & praxis videtur esse contraria.

Juvat nunc subjungere non-

nulla insuper Monita, hodie, ac sequente Nocte *Sacra* ex mente Gavanti *hie*, tum etiam Gerlac. Vitoris in *Compend. Sacr. Rit. P. 6. Tit. 2. à n. 6.* Aliorumque bene, & accurate observanda. I. Hodie circa Vesperum Sacrista præparat in crederet Altarium aliquod vas mundum, cum pro Ablutione Digitorum celebrantis in eo facienda, non autem in calice celebrantis juxta dictum Auctorem, & plures alios, cras ad *primam, & secundam* Missam, idque more Romano : quia ex una parte indecens videtur in calice lavare manus super sacras species, quæ in calice manserunt; ex altera vero parte celebrans nec *Purificationem, nec Ablutionem*, in *prima & secunda* Missa (si tres dicere velit) cras sumere debet. II. Præparet super eadem Altarium credencias duo alia vasa, unum pro vino, alterum pro aqua, ex quibus Minister possit in Ampullas vinum & aquam pro Missis parvatis infundere, item *Hostiarum* calicem Hostijs; eò quòd inconveniens esse videatur pro singulis Missis ad *Sacrosanctam* recurrere, nisi fortè aliò modo utrique dictæ inconvenientie consulatur. III. Celebrans solenniter in Nocte *Sacra* potest, si velit, ante Matutinum Preces Præparatorias ad Sacrum recitare, nè durante Officio eas indecenter dicere Cogatur. IV. Matutinum, *Sacra Nocte* in Choro decantandum, congruo ac

Tempore est inchoandum, ut  
 iuxta *Horologium* Germanorum Ho-  
 numerando) non ante, sed post  
 duodecimam Noctis Horam id ab-  
 oratur: quia illi immediatè sub-  
 iungi debet solenne Missæ Officium,  
 quod ante *medium Noctis* ob *Jejunium*  
*nocturnale* incipere non licet. V. dum  
 incipitur Octava Lectio, Celebratur  
 solenniter Missam Sacr. Noctis  
 incipit Amictum, Albam, Cingu-  
 lum, & Stolum, dicendo Orationes  
 descriptioni Singulorum Paramento-  
 rum respondentes, ac tandem etiam  
 oratione *nocturnale*, quò acceptò seder, donec  
 complectum sit Octavum Responso-  
 rium, interim ad ipsum accedenti-  
 bus duobus *Acolythis* cum Candelis  
 & Cereis accensis. VI. finitò  
 oratione Responsoriò idem Celebrans  
 post Benedictionem stans cantat ul-  
 timam Lectionem ex Libro ante se  
 positò, ad quam omnes de Choro  
 sine nudo Capite: ipse verò in fi-  
 ne dicens: *Tu autem Domine Misereere*  
*nostrum* profundè se inclinat Altari, &  
 respondet à Choro: *DEO Gratias*,  
 quod sibi præintonatù Hymnum:  
*DEUM laudamus*, quem Chorus  
 postea profectitur de more: interim  
 ministri Sacri parant se in Sacri-  
 stia, ibique Celebrantem expectant:  
 post finitò Hymnò: *Te DEUM*, ad-  
 ministris sibi *Ceroferarijs* cum cereis,  
 & Assistentibus, cantat Vers: *Domine*  
*deus Iacob* &c, cum Oratione:  
*Concede quesumus*, ut suprà in l. Ve-  
 [L112] quam

[L112] quam




quam Venerabile, nisi super *Corporale*, vel *pallam* in simili calu est reponendum: Deinde subjungit orationes: *Quod ore sumpsimus*: &c: *Corpus tuum Domine &c*, ac abluir digitos, quibus tetigit Sanctiss: Sacramentum, in supra dicto Vase mundo (more Romano) nequaquam vero in iplo calice (ob Rationem supra daram) Subdiacono vinum fundente, quæ quidem in prima & secunda Missa facta digitorum Ablutio sumetur à celebrante primum in *tertia* Missa, post *Purificationem calicis* ( tunc primum, more Romano, non autem prius faciendam ) hujusque sumptionem; vel etiam porrigi ea poterit alijs jejunis, qui S. Communionem sumplerint: Quæ omnia ( additis nonnullis alijs admodum enucleatè propraxi declarata recentissimè reperio in *Sacerd. Evangel. D. Henrici Pisari P. 3. Tit. 2.* ubi tamen fatetur, hunc quoque modum sumendi S. Calicem in 1. & 2. Missa sacræ Noctis &c, non omni carere difficultate. VIII. *Subdiaconus*, post Ablutionem Digitorum nocte Sacra à Celebrante factam repositurus calicem celebrantis, hunc non extergat, sed illum deferret sine Purificatorio, vel de more ad credentiam, vel potius ad ipsam Sacristiam, eumque in alterutro horum locorum super supposito, ut dictum, ac expanso Corporali, aut saltem Pallâ, deponet, ibi decenter

asservandum usque ad Missam sequendam ( seu solemniter, seu privatim celebrandam ) ne impediatur Altaris consecrationem, postmodum in *Labus* faciendam. Idem servandum in *Secunda* Missa. IX. finita Missa *Domini*, celebrans cum Ministris deinde ad Cornu Epistolæ, factâ debet prius in medio Altaris Reverentiâ, ibique depositis Planetâ, & Manipulo, accipit Pluviale album, ab iisdem Ministris: inde, factâ debetâ Reverentiâ, in Choro redit, sine Ministris Sacris, statim in Sacristiam, factis ibi Genuflexionibus, discedunt, ibidem deposituri Paramenta sua: Celebrans autem incipit in Choro, quidem absolurè sine Oratione Dominica &c. Vers: *DEUS in Adjuvante meo intende*, & prosequitur *Laudes* de more: sub quibus ad cantum *Benedictus* fit Thurificatio Altaris joris more consueto. De quo *Opstald. in Prax. car. l. 2. f. 2. c. 4. Bauldry P. 2. c. 9. a. 4. Lehner in struct. 1. P. 2. Tit 8. & in Adhædis ante Indices. Item Instit. 2. P. 3. Tit. 2. f. 1. n. 5.* *Lectiones Isaie* leguntur nocte in *Officio* sine Titulo. Rationem dat Hugo Card. apud *Cast. Tom. II. S. 6. c. 5. n. 1.* cui *Castellanus* magis probatur illa, quam *Castellanus* *Ruiz* contendens, id eò fieri, quod indicetur, DEUM jam non per *Prophetas*, sed *Nobis in Filio* legi

Responsoria ejusdem Officij videntur  
magis, sed Amalarius, & Auctor Gem  
antiqua apud cit. Gav. ajunt, ea  
de Xena, quæ deferantur partim  
vero nato, partim Deiparæ illius  
lari. In primo quoque Respon  
sorio additur Gloria Patri &c, DEO Tri  
& Uni in Gratiarum actionem  
tanto Beneficio. Gemma ibidem  
l. c. 7. In III. Nocturno multi  
plicatur Alleluja ad Antiphonas; quia  
Nocturnum significat Tempus  
ante post Legem ac proin in eo per  
multiplex Alleluja significatur læti  
per Christum natum Nobis Com  
municata. Amalar. Fortunatus Card.  
Antiphonar. l. 4. c. 31. Cui autem  
Noct in Choro Matutinum divi  
me à Laudibus, & inter utrumque  
venitur Missa, vide apud cit. Gav.  
l. 4. c. 5. ubi inter alia Durandus  
ideo post Missam primam, quæ  
de æterna Filij DEI generatione.  
Laudes in Noctæ Nativitatis, quod  
generatio illa æterna Verbi exite  
re ante omnem creaturam, quæ  
DEUM laudare potuerit. Terna  
verò Missarum, quæ ex Decr. Sa  
tesophori Pap. juxta cras dicenda  
Festo Nativitatis Domini dicun  
tur designatur, quod Christus natus  
sua salutem eorum, qui ante Le  
gem, qui sub lege, & qui in Evangelio ex  
stiterunt. Gemma l. 3. c. 104. Li  
ber autem Christus sit natus Die Domi  
ni, ut dic. in Synod. VI. cap. 8.  
debet tamen Festum Natalis Domini

diem stabilem, ac Certum, non ve  
rò mobilem, ut Pascha; tum, quia  
( ut ex S. Augustino observat Alcu  
nus, hinc à Gavant. cit. ) nôsse o  
porteret, diem Natalis Domini non in  
Sacramento celebrari, ut Pascha, sed  
tantum ad memoriam, quod natus  
sit; tum etiam ob alias Rationes,  
de quibus ibid.  
In quibusdam locis in hac  
Vigilia fit post Vesperas Thurificatio  
Domorum Ritù ac modo in quibus  
dam approbatis Agendis seu Ritua  
libus Diocesânis descripto : in Sa  
cerdotali seu Rituali nostro Brixie  
nensi recognito extat is P. II. c. 20.  
fol. 240. De observandis univer  
sim in Noctæ ac Festo Natalis Domi  
ni, Festisque cæteris subsequenter  
usque ad Epiph. circa Officia ac Missas  
in quibuslibet Ecclesijs etiam Capel  
la papali pluribus agit Castald. L.  
3. l. 2. à fol. 36.  
25. NATIVITAS D. N. JESU  
CHRISTI. Dupl. I. Class. nulli al  
lij cedens Festo, & ita privilegia  
tum, ut hac die ne quidem Missa  
votiva solennis de ullo alio Festo  
celebrari possit per Rubr. Gener.  
VI. Missal. ante finem. Vacat quo  
que Dominica ( id est, nihil hodie  
in Officio aut Missa de ea fit ) si hodie  
aliqua occurrat. Col. Alb.  
In Officio omnia dic. prout  
notantur in propr. loco, cum obser  
vantia eorum, in Sacra præsertim  
Noctæ, quæ heri pro hodierno Festo



& Diebus infra ejus Octavam occurrentibus sunt annotata, quibus adde, quòd in *versibus & Responsorijs* hodierni Officij ( idem est de Officio *Epiphania Domini* ) ad ea, quæ in Evangelio Missæ Lecta postulant genuflexionem, uti : *Verbum Caro factum est &c: Proidentes adoraverunt eum &c* non sit genuflectendum, sed standum etiam in Choro. Ità *Gavant. Tom. 2. f. 10. c. 2. n. 4.* Ad Primam in Responso Brevi ab hac die usque ad Epiphaniam exclusivè dic. *Verf: Qui natus es de Maria Virgine,* non tamen Responsorijs Primæ, ac Completorij adduntur perinde *Alleluja*, ac ea adduntur Responsorijs brevibus Tertix, Sextæ, ac Nonæ. *Rubric. General. XXVIII. n. 5. in fine.*

Ex Decreto S. Telephori Pap. celebrantur hodie tres Missæ, saltem *Principales*, seu *solennes*, prout eæ notantur in Proprio de Tempore. Istarum *Prima* ( de qua quatenus *solenniter* est celebranda jam dictum est sub finem diei præcedentis ) celebrari debet post *Matutinum*, ac *mediam noctem*, ante *Laudes*, finitò *TeDELLM*, uti habetur in *Rubr. General. XV. Missal. n. 4.* *Secunda* post Primam in *Aurora*, unde, antequam hæc illucescat, præmissò Signò solenni *Salutationis Angelicæ*, in Choro *Prima* ità *tempelivè* est decantanda, ut *Missæ solennis secunda* *Competenti Tempore*, h. e. in ipsa

*Aurora* queat decantari. *Tertia* omnium *solennissimè* in ipsa die *Nativitatis Domini*, post *Tertiam* in Choro decantatam. Dicuntur omnes tres cum *Gloria*, & *Credo*, nec tantum præfatione, & *Communicatio* propr. de *Nativ.* per totam Octavam qualiscunque infra eam dicatur *Missæ*, nisi ea sit de *requiem*. In 1. *Missæ* hujus Festi in Canone infra altarium nem dic. *Communicantes*, & *Nativitatis Sacratissimam celebrantes &c*; etiam de die celebratur; deinceps vix tam hodie, quàm per Octavam, esto forsàn de nocte celebratur, dicitur : *Et Diem Sacratissimum &c*. In sola 2. *Missæ* fit *Commemoratio Anastasiæ M.* ut ibi. In 1. & 2. *Missæ* juxta *Directorium & Morem Romanum* non modò non sumitur, sed nec fit *Purificatio calicis*, sed tantùm fit *Ablutio Digitorum*, eaque fit in Calice ( saltem *Celebrantis* ) in alio Vase mundo ad hoc in Altari præparato, ut supra die præcedenti factum; nec *Purificatorio* abstergeendus est calix ab utentibus more Romano, esto nihilominus dici debent *Orationes*, quæ ad *Purificationem Calicis*, & *Ablutionem Digitorum* alioqui dici solent. In 3. autem *Missæ* fit, ac sumitur de more *Purificatio Calicis*, ac *Digitorum Ablutio*, diciturque in ejus fine *Evangel.* *Festus Epiphaniæ* : *Cum natus esset Jesus &c*. In *Missæ solennis* qualibet hujus diei *Celebrans ad Verba* : & *In armenis*

urgit à Sede, & super infimo Gradu  
Cornu Epistolæ flectit Genua, facie  
Cornu Evangel. conversâ, & quan-  
to canitur: *Et Homo factus est caput*  
inclinat; aut, si non Sedet, in Supe-  
riori Altaris Gradu genu flectit, atque  
ad ista Verba Caput profundè incli-  
nat. Secus est de *Missis privatis*; his enim ad Verba: *Incarnatus*  
celebrans non flectit utroque ge-  
nue, sed unò tantùm, more aliàs  
confiteri, ut sic sit expeditior ad  
legendum. Gavant. Tom. I. P. I.  
Tit. 17. Col. Alb. Dixi autem:  
*Directorium ac Morem Roma-  
num non fieri hodie in 1. & 2. Missa*  
*Purificationem Calicis, sed solam Di-  
stinctionem Ablutionem, & quidem non*  
*super Calicem celebrantis, sed in*  
*alio Vase, v. g. vitro: Licet enim*  
*Praxis non modò magis usu*  
*recepta, ac Plerorumque Rubricista-  
rum Auctoritate munita, sed etiam*  
*Rubricis ipsius Missalis Tit. 9. de*  
*Abblutione, in Missar. Celebr. occur. con-*  
*firmior esse videatur; illam tamen*  
*quoque cum P. Georgio Gobat à*  
*Praxi defendit P. Tob. Lohner*  
*practic. l. P. 4. Tit. 7. n. 4.*  
*Communiùs in nostra Germa-*  
*nia est usu recepta ( forsan ideo,*  
*quia non perinde apud Nos Germa-*  
*nia, ac in Italia, Missa Noctis ut*  
*quæ, tam serò finitur, ut ei mox*  
*non multò post ab eadem ce-*  
*lebrante secunda ac tertia in eadem*  
*Acta subungi possit ) & ibi ab eo-*

dem declaratur: quia tamen juxta  
illam sumpto Sacro Sanguine mox  
fit ablutio digitorum à celebrante  
supra ipsum calicem, in quo con-  
secravit, Vinum aurem illud, quò  
facta est digitorum ablutio in 1. &  
2. Missa, de calice ( nonnihil cir-  
cumactò, si quantitatem specierum  
Eucharisticarum id alioqui non adæ-  
quet, & post modum extergendo  
effundatur in aliud vas, ideo, cum  
Vinum illud in hac praxi admisce-  
atur residuis in calice Sacr. Speciebus  
videretur omnino requiri 1. ut vas  
illud, in quod effunditur id vinum  
( ut postmodum in 3. Sacro à Sa-  
cerdotibus sumatur ) sit pariter Ca-  
lix consecratus, non autem Vitrum,  
eique imponatur, ac supponatur  
Palla. 2. Ut hic quoque Calix non-  
nisi ab aliquo Sacerdote, aut saltem  
Diacono, quamdiu continet ejus-  
modi digitorum supra calicem cele-  
brantis factam ablutionem, de uno  
loco, aut Altari ad alium locum  
vel Altare deportetur. 3. Ut Pre-  
ces seu Orationes, quæ aliàs in Pu-  
rificatione Calicis, & digitorum  
Ablutione ex Præscripto Missalis di-  
ci solent, etiam in hoc casu ad 1.  
& 2. Missam dicantur. Quòd si  
verò quis in praxi morem Roma-  
num sequatur, Cavere debet præ-  
ter alia, de quibus suprâ, illud im-  
primis, nè in II. & III. Missa,  
quando una post aliam immediatè  
dicitur, ante infusionem Vini &  
Aquæ

Aque pro facienda Oblatione extergat calicem, ne forte guttae sanguinis, Calicem ex priori Missa etiamnum adherentes extergantur, posse tamen à sequentibus morem Romanum calicem in præcedenti Sacro neque eluere, neque extergere statim in sequenti Sacro, cum necessaria ad Consecrandum. Materia Licite adhiberi, apud cit. Lohner tradit. P. Gobat Tr. de Sacrific. Missa n. 850. In Missis privatis, si successive dicantur, id est, mox una post alteram, finitâ primâ, aut secundâ Missâ, Minister se confert pro more ad Sinistram Plani Partem, ac in eo genuflectens, non in æquali cum Sacerdote mox descendit lineâ, sed paululum retrorsum, protensis, junctisque manibus eundem ibi expectat, rursus Sacrificaturus de more, responsurus: ipse Celebrans autem ablutis, ut supra, post Communionem digitis, ponit Hostiam super Patenam pro subsecuturo alio Sacro, ac adaptat Calicem ut in Missâ, illum velo Cooperiens, velatumque ponens super Corporale extensum: finitò verò ultimò Evangelio S. Joannis, statim accedit ad medium Altaris, & factâ Reverentiâ Cruci ( profunda capitis inclinatione ) accedit ad aperendum Librum, si non antea reliquit apertum, eoque apertò redit ad medium Altaris, ubi rursus, ut

supra

antea, Cruci facit Reverentiâ, que factâ descendit in Plani, ubi secundam, aut tertiam Missam incipit: circa quas nil aliud, præter superius dicta, hic venit observandum, nisi quòd, quamvis ex præcedenti Sacro remanens in calice aliqua species vini contenti, non tamen propterea celebrare debeat genuflectere, quando ante calicem, id quod hic notat Lac. cit. n. 19. ubi tamen, raris raris monet, in Secunda, & tertia Missa non debere celebrantem per Ablutionem Hostiæ extergere Calicem ante infusionem vini, ob guttas eras calici forè etiam adhærere, siquidem Ablutio, Digitorum in præcedenti Missa sit facta more Romano supra Ivas, diversum à Calice. Cruci ipsamet Ablutio digitorum facta in 1. & 2. Sacro, si non fuerit celebrante in tertia Missa, non debet ab alio, qui sit Juxta ob Reverentiâ Fragmentorum, quæ fortasse ipsi sunt Corrupta, infundenda esse in Sacramentum, ut servat Gavantus. Tom. I. Part. 2. c. 9. ad mem. 4. ejus Rubr. ubi dicitur quoque allerit, de illa Digitorum Ablutione, quæ fit in Ordinatione Communionis Populi extra Missam, in 2. Cum in c. Ex parte de celebr. Miss. ab Innocent. III. graviter prohibetur in Missa priori, quæ plures dicuntur, sumere Calicem Ablutionem, est non sumi solet.

P. II. Nutritione sacramentum marur... pro... Jezu... celebr... meti... 4. Ti... mper. F... braruru... hite del... num pe... idem d... udam o... solute... itatis cel... o ante... quod si... vna. C... are med... non... nati na... bere or... em esse... ita Noct... Fuit e... ubication... eodem v... ubi ce... tem die... quod si... vitate... stem ex... tendin... Probatu... mediam... de nihil... No...

...tionem, sed ob Reverentiam  
...ramenti, ideo, si in prima Missa  
...atur Ablutio, aut per errorem  
... pro vino sit consecrata, fran-  
... Jejunium naturale, & alia Mis-  
... celebrari per se loquendo non  
...cessit. Gavant. loc. cit. Idem Gav.  
... Tit. 3. n. 5. ex Francolino de  
... Hor. Can. c. 40. tradit, ce-  
...braturam primam Missam in Sacra  
... Nocte debere antecedenter esse Je-  
...num per Horas circiter sex, non  
...tem de Necessitate Precepti, sed ex  
...dam congruentia tantum; cum  
...solutè loquendo in Nocte Nati-  
...vitas celebrare possit Sacerdos, qui  
...velo ante medium Noctis comedit.  
...quod si autem quis ex Privilegio aut  
...Consuetudine celebraturus sit  
...ante mediam Noctem, tunc, quia  
...non propterea dispensatur in  
...modo naturalis necessario ad Missam,  
...debet omnino ejusmodi Celebran-  
...tem esse Jejunium à pridiana me-  
...dia Nocte; neque debere in Missa  
...Vinea eo die celebratâ sumere Pu-  
...nicationem, ut sic ante mediam  
...noctem vi sui Privilegij, aut Consue-  
...tudinis celebraturus possit licitè ead-  
...dem die naturali iterum celebrare.  
...quod si verò in prima illâ de Nati-  
...vitate Missâ, ante mediam no-  
...ctem ex Privilegio vel legitima con-  
...suetudine à se celebratâ, sumpsisset  
...Punicationem, imò & cibum, ante  
...mediam tamen Noctem, posset ho-  
...c nihilominus secundam, & ter-

tiam Missam Nativitatis licitè ce-  
...lebrare; quia pro his sufficit esse  
...eum Jejunium à media nocte hujus  
...diei. Atque pro hac Sententia al-  
...legat Communem Theologorum  
...Doctrinam.  
...Idem ibidem n. 6. ait, à P.  
...Franc. Suarez 3. P. Disput. 86. lect.  
...4. probabilem ac securam judicari  
...illorum Sententiam, qui censent,  
...posse in Nocte hac celebrari 3. Missas  
...privatas simul post mediam Noctem; eò  
...quòd nullò id jure prohibeatur:  
...Nec abnuo (subjungit Gavantus).  
...si causa adsit majoris numeri Sacerdo-  
...tum, minorisque numeri Altarium, &  
...ejusmodi, si minus omnes Commodè ce-  
...lebrare possint. Licet autem op-  
...positam Francolini, & aliorum  
...Sententiam appelleri ibi Communio-  
...rem, Plurimi tamen Doctores, quos  
...refert Diana P. 2. Tr. 14. R. 35. & P. 10. Tr.  
...12. Resolut. 57. docent, posse quemvis  
...Sacerdotem 3. Missas celebrare an-  
...te auroram in Sacra Nocte Nativi-  
...tatis Domini; imò Gerlacus Vini-  
...tor, unus ex recentioribus Rubri-  
...cistis, & Gavanti alioqui fidelis  
...Affecta, Tractatu 6. supra citatò (edi-  
...tò in lucem 1685. Colonia) P. 2. n. 18.  
...non dubitat ita scribere post Baul-  
...dryum P. 4. c. 2. n. 32. Communi  
...omnium Sententiâ, qualibet Hora post  
...mediam Noctem possunt celebrari 3.  
...Misse supra dictæ (nempe de Nativi-  
...tate Domini) privatim; hoc enim  
...Singulariter hac Nocte, tam gloriosa Na-  
...tivity-

[Pars II.]

[M m m]

ivi-

tyitate CHRISTI illuminata, Sacerdotibus Fidelibus concessum est, ob Rationem à Bauldryo loco cit. additam. Verùm Praxi hujus Sententiæ obstare videtur Decretum Sacr. Rit. Congregat. de anno 1641. 7. Decembris saltem ibi, ubi est sufficienter intimatum, ac usû receptum: siquidem consultâ Sacr. Rit. Congregatio: *An esset permittendum celebrari in media Noctè Nativitatis Domini post Missam decantatam successivè alias duas Missas, & in eis S. Communionem exhibere Fidelibus illam deposcentibus?* Respondit illa: *Non esse id permittendum, sed omnibus utrumque prohibendum;* cùmque iteratò ad aliquorum Instantiam coram eadem Sacrar. Rit. Congregatione res hæc disputata fuisset, auditis ipsorum Procuratoribus, & Advocatis ad Relationem Emin. Pallotti, insistens suis Decretis eadem Sacr. Rit. Congreg. respondit iterum prædictò anno, ac Die: *Id prohibendum tam Sacerdotibus celebrare volentibus, quàm consulentibus in media nocte ad Ecclesiam, & Communionem deposcentibus;* uti videre est apud Octavium Mariam à S. Joseph. in Libro, cui Titulus: *Interrogationes, brevèsque Responsiones ad casus conscientia &c.* Interrogat: 647. mihi pag. 262. nec non apud Franc. Monacelli *Formularij legal. practis.* P. 2. Tit. 15. in Annotationib. ad Formulam 3. Edit. Venet. de anno 1707. pag. 219.

n. 16. & seqq. ubi inter alia addit: *Et cum abusus iterum tam in Urbe, quam extra resurgeret, denuo observantia eorum Decretorum à Sacr. Congregatione Apostolica 7. Decembr. 1702. & Edicto Emin. Card. Vicarij (18 Decembr. eodem anno 1702.) strictè demandata fuit in Urbe Roma.* Quæ autem non perinde ubique, & in omnibus, etiam post emanata, præfertur, antè dicta Decreta, id observari videmus, ipsi viderint, quod Privilegiò, aut Jure, seu Consuetudine id faciant.

*Petes 1. An Sacerdos, si sit Parochus aut Capellanus, tenetur ad 3. Missas in hoc Festo dicendas, ac vicissim Fideles alij ad 3. Missas in eo audiendas?* *Respon. Gavant. Tom. 1. P. 4. Tit. 3. n. 1. Bonac. d. 4. q. ultim. P. 11. n. 13. Gob. Tr. 3. n. 186. & alijs ad 3. Negativè, modò, si sit Parochus, ab sit scandalum; eò quòd dicere 3. Missas eò die sit Privilegij, non Præcepti: rectè tamen cum Gobato tenetur Patri. Sporer, Parochum debere observare morem suò loco receptum. Ad 2. *Respon. negativè; quia nullum extat Ecclesiæ præceptum plures, quàm unam, eodem die Festo audiendi.* *Gob. loc. cit.**

*Petes 2. Quænam illi cõsuetudo sit Missa Sacerdoti, qui rationabili causâ non nisi semel eò die cogitat celebrare?* *Respon. Gavant. eum, qui unam tantum*

im facit, vel primam vel tertiam  
 legere debere, & potius tertiam,  
 quam primam, utpote quæ maximè  
 est de die, habetque Orationem diei  
 propriam, ac cum ipso Officio di-  
 vino convenientem. Alij autem  
 quod La Croix Tomul. 6. l. 6. P. 2.  
 527. suadent, ut accipiat illam,  
 que Tempori, quo legit, est accom-  
 modata, adeoque, si celebret in Nocte,  
 accipiat primam, si in aurora, secun-  
 dam, in pleno autem die, tertiam:  
 quicumque autem legat, si legat  
 primam, debet in ea ( inquit modò  
 Auctor ) facere Commemora-  
 tionem de S. Anastasia: nec lici-  
 tum est legere duas Missas, & loco  
 Communicare: quia datur  
 tantum Potestas seu Privilegium tri-  
 plicandi Sacrificium: quò significa-  
 tum ( ut notat Honorius Augusto-  
 densis Auctor Gemma anime )  
 Christum natum esse in Salutem eo-  
 rum, qui ante legem, qui sub lege, &  
 qui in Evang. seu post legem extitè-  
 re. Benedictio Mensæ propria à  
 die hodierna inclusivè usque ad Cæ-  
 nam Vigilæ Epiphaniæ exclusivè,  
 ut in Calce Breviarij Romani. Ca-  
 lam tamen, quò citius incipitur,  
 Vide die præced.

II. VESPERÆ hodie ubique in-  
 tegre dicuntur de Nativitate Do-  
 mini, prout norantur in proprio lo-  
 co, cum Commemoratione tantum  
 S. Stephani Protomart. ut ibi, etiam  
 in propria Ecclesia h. e. ibi, ubi est,  
 qui uno, eodémque Die septies aut

Patronus, aut Titulus Ecclesia. Col. Alb.  
 Quòd si hodie, aut cras occurrat Do-  
 minica, non fit de illa aliquid in Of-  
 ficio aut Missa; quia Dominica hodie,  
 aut aliqùò trium sequentium Festo-  
 rum ( Idem est de quatuor horum  
 Festorum Die Octava ) occurrens,  
 est ac dicitur Dominica Vacans, h. e.  
 talis, de qua nihil fit die illo in Of-  
 ficio, & Missa Festi occurrentis.

Nota, infra totam Octavam Nati-  
 vitaris Domini ex Decreto Sac. Rit.  
 Congregat. 29. Septemb. 1714. dici non  
 posse amplius Missas Votivas privatas, ne-  
 que Defunctorum.

Dubia quædam, quæ præter  
 hætenus à me resoluta, circa cele-  
 brationem hodierni Festi occurrere  
 possunt, Vide apud P. La Croix su-  
 præ cit. Tom. 6. nominatim n. 529.  
 & 530. Item apud Gobat Tract. 3.  
 à n. 187 ubi discutit 1. An is, qui est  
 Parochus duarum Parochiarum, in  
 quarum una celebratur Nativitas  
 Domini juxta Calendarium novum,  
 in altera verò mixtæ Religionis juxta  
 Calendarium antiquum, decendit  
 post, possit utroque in loco facere  
 tria Sacra? 2. An is, qui habens  
 duas Parochias ex integro Catho-  
 licas, solet Communiter hjs Sacri-  
 ficare eodem die Dominico aut Fe-  
 stò, possit in Natali Domini in u-  
 traque Parochia tria Sacra dicere,  
 adeoque sex, unò, eodémque die,  
 sicque imitari S. Leonem Papam III.  
 qui uno, eodémque Die septies aut

[ M m m 2 ]

no-



novies Missarum solemnia celebrâ-  
se narratur à Wallafrido Strabone, his  
nimirum Temporibus, quibus toties  
unò eodemque die Sacrificare lice-  
bat, quoties libebat. 3. denique uni-  
versim, quinam alij sint casus, in qui-  
bus pluries liceat celebrare.

26. S. STEPHANI Protomartyr.  
Duplex 1. Classis juxta Andream  
Castaldum, ac Tobiam Lohner;  
at juxta Gavantum Tom. II. f. 6. c.  
6. n. 1. tantum 2. Classis; tum quia  
Festum S. Joannis Apostoli & Evan-  
gelistæ non est, nisi 2. Classis, ut  
Festa aliorum Apostolorum ac E-  
vangelistarum; tum quia SS. *Stepha-  
nus, & Laurentius* in Martyrio, Of-  
ficio, Octava, ac Sepulchro sunt  
pares; concordant quoque in tertia  
Antiphona ad *Laudes*, & denique e-  
tiam in eo, quod uterque habeat al-  
iam Orationem in *Festo*, & aliam  
in *Die Octava*: ergo etiam in Ritu,  
quò utriusque celebratur Festum,  
merito censentur Concordes. Ad  
Rationem verò ex Castaldo pro hu-  
jus Sententia allatam à P. Lohne-  
ro *Instruct. Pract. II. P. 4. §. 2. & P.  
5. Tit. 9. n. 5. item Tit. 38. n. 4.  
Lit. M.* non difficulter potest meò e-  
quidem responderi judiciò. Ex eo  
autem, quòd tam Festum S. Stepha-  
ni, quàm S. Joannis Apostoli in Ec-  
clesia universalis sint tantum 2. *Clas-  
sis*, rectè infertur. Gavantus, quòd  
utrumque hoc Festum cedat Festo  
1. Classis, si in tali occurrant, aut

cum tali concurrant. Habent tamen  
hæc Festa hoc Privilegium, ut  
Commune alijs Festis 2. Classis, quòd  
de *Die infra Octavam* eorum fiat  
Commemoratio etiam in Festis aliorum  
Sanctorum, non quidem quibus  
que, seu etiam ijs, quæ sunt 1. Clas-  
sis, uti sunt Festum *Patroni*, necnon  
*Titularis*, ac *Dedicationis* (hoc enim  
Privilegium solius Octavae Nativitatis  
Epiphaniæ, & Corporis Christi) ut  
tamen cæteris omnibus, esto 2.  
Classis, ut Gavant. verbis illis in  
*Breviario* habetur n. 1. item n. 6. n.  
insinuat. His prænotatis

OFFICIUM de S. Stepha-  
no dic. ut in Communi un. Mart.  
propr. locò (ubi præter alia allegat)  
tur quoque proprium *Invitatum*  
cum Commemoratione Octavae Na-  
tivitatis Domini in Laudibus etiam  
propr. Ecclesia. Clausula Hym-  
ni: *JESU tibi sit gloria, qui natus es  
&c.* Col. Rub.

MISSA, uti notatur in *Præ-  
fatione* de Tempore post Festum Nativitatis  
Domini cum *Glor. Cred. & Commemora-  
tione* de Octava Nativitatis Domini  
tertia Missa Festi etiam in propria  
Ecclesia. *Præf. & Commemoratione*  
Nativitatis. Col. Rub. Si hodie  
currat *Dominica*, nihil sit hodie  
illa, sed *Vacat*, ut heri dictum.

Quia *Antiphona*, & *Psalmi*  
qui dicuntur in II. Vesperis Nativitatis  
Domini, sunt ita privilegati, ut  
nunquam omittantur infra illius  
Octavam.

avam, præter morem aliarum Octavarum, admittentium Officia de Festis, sed semper dicantur, etiam cum sit Officium de *Sarotis* ( ut loquitur Gavantus, *servi* cedant medietatem Vesperarum *Domino*, qui surgente ad finem *mundi* *Vespere* *ve-* *l* *pro* *Salute* *nostra* ) ideo Antiphona *Tecum Principium &c* unà cum aliquibus Antiphonis, ac Psalmis, in II. Vesperis heri de Nativitate dictis, dicuntur etiam hodie, & sequentibus Diebus in Vesperis, usque ad Vesperas Festi Circumcisionis exclusive, aramen sub Ritu duplici, vel Semiduplici, Festo occurrenti temperente : Capitulum verò, & reliqua deinceps dicuntur hodie de S. Stephano, cum Commemoratione S. Joannis Apostoli, nec non Octavae Nativ. Domini in Ecclesia universalis, ut ibi. *Col. Rub.*

Ubi autem S. Stephanus est *Patrons Loci*, aut *Titulus Ecclesie*, ibi quidem est duplex 1. Classis, sed in II. Vesperis Festi Nativitatis Domini etiam in propria Ecclesia S. Stephani idem fieri debet, quod in Ecclesia universalis, adeoque omnia in ijs dicta de Nativitate ; de S. Stephano autem fieri solummodo in ijs Commemoratione. In hodiernis quoque Vesperis etiam in tali Ecclesia, seu loco, in quo S. *Stephanus* est Festum 1. Classis, Antiphonæ, & Psalmi dic. de Nativitate ; Capitulum verò & reliqua de S. Stephano, cum Com-

memorat. S. Joannis Apostoli, ac Octavae Nativitatis. *Col. Rub.*

Quòd si non *hodiernum*, sed *crastinum* Festum alicubi sit, Festum *Patrocinijs*, adeoque *Dupl. 1. Class.* tunc I. ejus Vesperæ hodie quidem pariter usque ad Capitulum dicentur de *Nativitate Domini*, sed à Capitulo in tali loco, seu Ecclesia, non dicentur de S. Stephano ( uti alioquin in Ecclesia universalis dici solent ) sed de S. Joanne Apostolo ( utpote *dupl. 1. Classis*, atque adeo digniore ) cum Commemoratione minùs digni, nempe S. Stephani Procom: atque etiam Octavae Nativitatis: uti ibi undè Capitulum tunc erit : *Qui Timeb DEUM &c*, & Hymn. *Exultet orbis gaudijs* ex Laudibus sequentis Festi. Versus verò : *Valde honorandus est &c*, Antiphona ad *Magnificat* : *Ista est Joannes &c*, & Oratio : *Ecclesiam tuam &c*: pro S. Joanne, uti notantur in 2. Vesperis S. Stephani, & tunc *Col. Alb.* Vide Bauldryum P. 4. c. 2. n. 37. ita scribentem : Si S. Joannes, aut Ss. Innocentes sine *Patroni* alicujus Ecclesie, habent ipsi respectivè 1. & 2. Vesperas in Festo S. Stephani, & S. Joannis integras ; quia tunc sunt Festa 1. Classis ; & in Festo S. Joannis non fiet in Laudibus, neque in 2. Vesperis Commemoratio de aliqua Octava, nisi de Octava Nativitatis Domini. Si verò Ss. Innocentes sint *Patroni*, fit Officium in Paramentis rubeis, &

[ M m 3 ]

dice

diceretur *Te DEUM* ad Maratinum, ad Missam verò *Gloria in excelsis*, & *Alleluja* &c, ut infra. Idem Bauldry ibid. n. 38. addit. Quòd si in prædictis Festis ( S. Joannis Apost. aut Ss. Innocent. M. M. ) occurrat alicubi Festum *Patroni*, aut *Dedicationis propria Ecclesia*, faciendum tunc sit de Festo illo occurrente, nempe *Patroni* vel *Dedicationis* (attamen sine *Octava*; eò quòd post ultimò recognitum Breviar. Roman. à die 17. Decembris usque ad Octavam Epiphaniæ inclusivè prohibeantur *Octavæ* Festorū, quæ à *solis particularibus Ecclesijs* solemniter celebrantur ) sub Ritu duplici 1. Classis, de Festo autem *translato* ( S. Joannis, aut Ss. Innocent. M. M. ) faciendum tunc sit ( saltem regulariter ) in die ipsorum *Octava* modò in sequentibus referendò, attamen sine nova *Octava*.

In aliquibus locis sit hodie manè *Benedictio Salis* & aquæ S. Stephani Protomart. aut etiam vini, quò Ritu verò illa sit peragenda, Unumquemque docebit *Rituale suum Diocesatum*. Nostrium Brixinense illum tradit *Part. 2. cap. 18. fol. 222.* Editionis novæ de anno 1710.

27. S. JOANNIS Apostoli, & Evangeliste. dupl. 2. Classis. Col. Alb. In Officio omnia, ut in Communi Apostolor. & propr. loco, cum Commemorat: *Octavæ Nativit. Domini* atque etiam ( in Ecclesia universa

li ) *Octavæ S. Stephani* in *Laudibus*. Clausula Hymnorum : *tibi sit gloria, qui natus es &c.* Quòd si hodie occurrat *Dominica*, nihil in die fit de illa, sed *Vacat*, ut supra dictum.

*Missæ* propria, cum *Gloria* & Commemorat. de *Octava Nativit. &c* ( in Ecclesia universali ) *Octavæ S. Stephani*. *Præfat.* de *Nativitate Domini*, non autem de *Apostolis*, etiam in propria Ecclesia quia illa, ut notat *Gav. Tom. II. 4. Tit. 3. n. 8.* majoris est dignitas. *Communicantes* pariter dic. de *Nativit. Domini*. In II. *Vesperis* *Antiphonæ*, & *Psalmi* dic. *Ritu dupl. de Nativit. Domini*, ut in 2. *Vesperis* illius, à *Capitulo* de S. Joanne apostol. cum Commemorat. Ss. Innocentium M. M. *Octavæ Nativit. Domini*, atque etiam ( in Ecclesia universali ) *Octavæ S. Stephani*. Col. Alb.

Ubi autem S. Joannes Apostol. & Evangel. est *Patronus* *Ecclesiæ*, tunc, quæ in tali loco est duplex 1. *Classis*, nempe *Commemoratio in Laudibus*, & *Missæ* de die infra *Octavam S. Stephani* *Rubr. Gen. IX. Brev. n. 4.* & *Gavanti* mox citandum, uti nec in II. *Vesperis*; bene tamen de *Die infra Octavam Nativitatis Domini*, tam in *Officio*, quàm in *Missæ*: nam de *Octava Nativitatis Christi* ( ob *eius dignitatem* ) semper fit tam in *Officio* quàm

quem in Missa Commemoratio, quatenus tandem Festum infra ejus Octavam occurrat, per Rubr. Gener. Gav. Tom. 2. Sect. 3. c. 6. n. 4. item Sect. 6. cap. 6. num. 4.

Quod si cras occurrat Dominica, nec in hodiernis Vesperis, nec in crastino Officio; aut Missa sit aliquid de illa, sed Vacat.

Quod si Ss. Innocentes Martyres alicubi sint Titulus Ecclesie (non tamen præcisè alicujus Altaris etiam Titulus) tunc, quia in tali loco sunt duplex 1. Classis, Vespera hodiernæ Capitulo non erunt de S. Joanne Baptista, sed de ipsis Ss. Innocentibus M.M. De S. Joanne Evangelista verò hodie occurrente fiet solummodo Commemoratio, & postea oratio de Octava Nativitatis, nulla fiet Commemoratio de Octava S. Stephani per Rubric. General. n. 4. in ejusmodi Ecclesia; Color autem ibidem erit Ruber juxta paulò prædicta dicenda.

In plerisque, si non omnibus, nostræ Germaniæ locis benevolentia hodie vinum, quod devotè preparatum, aut in Dolia vinaria missum magnam (Experientiâ Tute) vim habet contra Præstigias. Quò autem Ritu, ac modò tam solemniter, quàm non solemniter, facienda sit hæc Benedictio vini (quam linguâ vernaculâ vocamus S. Johannis • Seegen) suam

quemque docebit Rituale Diocesanum, seu, ut aliqui vocant, Agenda. Nostrum Sacerdotale, seu Rituale Brixinense, Jussu, & Auctoritate Celsissimi, ac Reverendissimi S. R. I. Principis, & Episcopi Brixinensis CASPARI IGNATIJ annò 1710. revisum, ac de novo impressum, eum tradit P. 2. cap. 19. à fol. 236.

Cur Festum S. Joannis Apostoli, & Evangelistæ hac die, & non illâ quâ obiit (nempe 13. Junij) celebret Ecclesia, Gavant. Tom. 1. P. 4. Tit. 3. n. 8. Rationem dat hanc vel quia, inquit, Festum S. Joannis, ut Filij Virginis sequentis Ventrem, qui his diebus genuit Christum, hujus Nativitati vicinior esse congruebat; vel quia de Pathmo hac die redijt; vel quia Ecclesia ejus Nomine dedicata est. Gemma L. 3. c. 13.

28. Ss. INNOCENTIUM M.M. Festum hoc respectu Ecclesie universalis accenset Gav. Tom. 2. Sect. 6. c. 6. n. 4. duplicibus 2. Classis; eò quòd habeat Octavam, quòd Privilegium nulli Festo datur, nisi sit 1. vel 2. Classis. Ubi verò Ss. Innocentes M. M. sunt Titulus seu Patroni Ecclesie (non autem præcisè alicujus Altaris, etiam majoris) ibi sunt duplex 1. Classis, potèstque juxta Gavantum locò citatò n. 7. & Bauldry P. 4. c. 2. n. 37. in eo Casu in Officio hujus Festi quocumque hoc de

demum die occurrat, dici *Te DEUM laudamus*, locò noni Responsorij, & in Missa non tantum *Credo*, sed etiam *Gloria in Excelsis*, item Graduale cum *Alleluja* ante & post Versum omisso Tractu, ac denique *Ite* in fine Missæ, & tam ad *Officium* quam ad *Missam* adhiberi *Color Rubens*, pendente ac sit in Ecclesia universali; quando hoc Festum venerit in *Dominica*: quia (ut ratiocinatur Gavantus) si hæc conceduntur ratione *Dominica*, in qua non est dolendum, cur doleamus in Festo *Titularis Ecclesie solenni*? & si Ss. Joanni Baptistæ, ac Laurentio conceditur *Credo*, tam quando celebrantur in *propria Ecclesia*, quam, quando veniunt in *Dominica*, rectè exinde arguitur, æqualia esse quoad prædicta: *celebrari aliquod Festum in Dominica*, & *celebrari in propria Ecclesia*, adeoque utroque in Casu *æqualiter* esse celebranda. An autem simili modo liceat, aut etiam oporteat ordinare *Officium & Missam* hujus Festi tunc, quando id non quidem est *Titulare Templi*, attamen propter insignes Reliquias alicubi solemniter celebrantur propositis Indulgentijs &c (veluti in Heiligenstatt propè Octingam veterem) pariter dicendo: *Te DEUM laudamus &c* in *Officio*, in *Missâ* autem *Gloria in Excelsis &c* cum *Alleluja* in *Graduali*, & in fine: *Ite Missa est &c*? ego quidem assertive resolvere non aulam, sicut

enim Teste Gav. l. 6. cit. c. 6. 7. *Titulus solius Altaris Ss. Innocentium*, etiam *majoris*, non sufficit ad difformandum se in modo celebrandi *Officium & Missam* de hoc Festo cum Ecclesia universali, etiam particularis duntaxat Ecclesie ejusmodi Reliquiarum (ut ut legitime approbatarum) cultus, solennis quidem, ac publicus, attamen adhuc privatus non sufficere videtur ad difformandum se in modo celebrandi *Officium & Missam* hujus Festi cum Ecclesia universali, præsertim cum cultus ille solennis insignis ejus loci Reliquiarum non respiciat omnes Ss. Innocentes, sed tantum aliquos illorum, Ecclesie autem universali omnes omnino Innocentes Ss. M. M. ut adeò etiam illi cum habere videatur tritum illud: *Pars major trahit ad se minorem*. Cetero igitur, consulendam Sac. Rituum Congregationem. Interim vide Bauldr. P. 4. c. 2. n. 38. faventem. His præmissis

In Ecclesia universali *Officium* hodierni Festi dicitur in *Communi* plurim. M. M. & propositi locò, ubi præter alia pro secunda Antiphonâ III. Nocturni assignatur Antiphona: *Isti sunt, qui veterunt &c*, locò illius, quæ alioquin dicitur in Festis plurim. M. M. quia propositi non autem hæc posterior, ex parte *Communi* Martyrum, quadrat eorum *Officio*, qui non loquendo, sed

moriendo veri DEI præco-  
 lum sunt hodie Confessi. Post  
 nam Lectionem non dicitur :  
 DEUM laudamus, quod *Letitiam* si-  
 ficat ( nisi in *propria Ecclesia*, aut  
 veniat hoc Festum in *Dominica*,  
 nonum Responsorium, ut ibi,  
 propter luctum scilicet *Matrum* plo-  
 rantium *Filos suos*, ut apud *Gavan-*  
 tum vult *Amalarius*; nam sicut *Co-*  
*solaceus* ( qui pariter adhibetur  
 in hoc Festo, nisi in *propria Ecce-*  
*lesia*, aut nisi veniat in *Domini-*  
*ca*, in qua non est *dolendum*, sed *la-*  
*ndum* ) est proprius ijs Officijs,  
 que dicuntur *Tempore Luctus*, cuiusmo-  
 di Tempus præter alia est etiam il-  
 lud, quod est à *Septuagesima* usque  
 ad *Pascha* &c, ita & *nonum Responso-*  
*rium* ejusmodi Officijs est proprium.  
 Si autem venerit in *Dominica* hoc  
 Festum, aut celebretur in *propria Ec-*  
*clesia*, adeoque *Ritu solenni*, seu 1.  
 Classis, tunc non dicitur nonum  
 Responsorium, sed ejus locò *Te-*  
*DEUM laudamus*; eò quòd *Dominica*  
 ( ut notat *Gavantus* ) *Letitiam Domi-*  
*nicæ Resurrectionis*, qua excellit *super*  
*omnem lacrymam*, repræsentet : si  
 autem in hac non est *dolendum*, cur do-  
 lamus ( inquit idem ) in Festo *Titu-*  
*lari Ecclesia solenni*? Notandum ta-  
 men est, quòd, quando *Responsorium*  
 nonum non dicitur, sed ejus locò  
 Hymnus : *Te DEUM*, tunc in *Re-*  
*sponsorio* Octavo dicendum sit *Glo-*  
*ria Patri*, cum repetitione *Partis il-*  
 [ Pars II. ]

lius Responsorij, per *Rubricæ General.*  
*XXVII. n. 2.*  
 In *Laudibus* hodierni Officij  
 fit *Commemoratio Octavæ Nativitat.*  
*Domini*, & in *Ecclesia universali*  
 etiam *Octavæ S. Stephani Protomart.* ac  
*S. Joannis Apostoli & Evangelistæ*, non  
 tamen *Dominicæ* occurrentis, quan-  
 do Festum hoc venit in *Dominica* ;  
 quia *Dominica* hodie occurrens *vacat.*  
 Dixi præterea : In *Ecclesia universali*  
 tantum fieri in hodiernis *Laudibus*  
*Commemorationem Octavæ S. Ste-*  
*phani*, & *Octavæ S. Joannis Apo-*  
*stoli* : nam ubi *Ss. Innocentes* sunt  
*Titulus Ecclesia*, ibi in *Laudibus*, &  
*Secundis Vesperis* hodierni Officij fit  
*Commemoratio Solius Octavæ Nati-*  
*vitatis Domini*, non autem de  
 die infra aliam *Octavam*, nempe  
*S. Stephani*, & *S. Joannis*, ut ex  
*Rubricis Generalibus* cum *Gav. su-*  
*prà collegimus.*  
*Missæ* dicitur, uti notatur in  
*Proprio de Tempore*, scilicet cum  
*Credo* (ratione *Octavæ Nativitatis*  
*Domini*, & *S. Joannis Apost.*) at-  
 tamen sine *Gloria in Excelsis*, nisi ve-  
 niat in *Dominica*, aut nisi celebretur  
 tanquam *Festum Titulare*, in *prop-*  
*ria Ecclesia*. In *Ecclesia universali* fit  
 pariter *Commemoratio* non tantum  
*Octavæ Nativitatis Domini*, sed et-  
 iam *Octavæ S. Stephani*, & *S.*  
*Joannis Apostoli & Evangelistæ* ut  
 ibi : at verò in *propria Ss. Innocen-*  
*tium Ecclesia* fit hodie *Commemo-*  
 [ Nnn ]



ratio solius Octavæ Nativitatis Domini, non item reliquarum duarum Octavarum. Præterea in Ecclesia universali post Graduale omittitur *Alleluja*, & Versus sequens, horumque locò ei subjungitur Tractus ibidem extans, nisi hoc Festum veniat in *Dominica*; in hac enim si veniat, etiam in Ecclesia universali dicitur Graduale cum *Alleluja*, & Versu sequenti, ut ibi, omisso Tractu: in propria verò Ecclesia, sive die *Dominica*, sive *alia die* occurrat hoc Festum, nunquam dicitur Tractus, sed semper Graduale cum *Alleluja*, & Versu sequente. Ità *Gavant*: ubi supra. Præfatio, & *Communicantes* tam in propria, quàm universali Ecclesia dicuntur in *Missâ* hujus Festi de Nativitate Domini: in fine ejusdem dicitur in Ecclesia universali *Benedicamus*, & tam ad *Officium*, quàm ad *Missam* adhibetur hodie *Color Violaceus*; nisi Festum hoc veniat in *Dominica*, aut fiat de eo in propria Ecclesia; nam si veniat in *Dominica*, aut fiat de eo in propria Ecclesia, tanquam de Festo *Titulari Templi*, tunc sicuti utrobique dicitur *Gloria in Excelsis*, & Hymnus: *Te DEUM*, ità etiam dicitur in fine *Missæ* *Ite &c.*, & tam ad *Officium*, quàm ad *Missam* adhibetur *Color ruber*, ob Rationem superius ex *Gav.* allatam. Par Ratio est de die *Octava* hujus Festi, in qua (ut suo locò dictum, & constat ex proprijs Rubricis) ubiqun-

que, aut quocunque die celebretur pariter in *Officio* dic: *Te DEUM*, & in *Missâ* *Gloria in Excelsis*, in qua Graduale cum *Alleluja*, & Versu sequente, necnon in fine *Missæ* *Ite &c.*, adhibeturque tam ad *Officium* quàm ad *Missam* *Color Ruber*: quod (ut notat *Gavantus* tum hic, tum in Præf. ad *Octavar.* Roman.) Dies *Octava* *Beatus* *Calixtus* *Patriæ* significat, à qua omnia hæc *Luctus*, ac *Lacryma*.

In II. *Vesperis* hodiernis fit non modò in universali, sed etiam in propria Ecclesia dicuntur *Antiphonæ* & *Psalmi* de Nativitate Domini, ut in 2. *Vesperis* Festi sub *Ritu* duplici; à *Capitulo* verò de *Ss. Innocentibus* *M. M.* ut ibi, cum *Commemoratione* *Nativitatis* *Domini* (etiam in propria *Ss. Innocentium* Ecclesia) cui subjungitur *Commemoratio* *S. Thomæ* *Cantuariensis* *Episcopi* ac *Martyris*. ut ibi, nisi hodie fuerit *Sabbatum*: quia tunc nihil fit in hodiernis *Vesperis* de *S. Thomæ* *Cantuariensis*, sed eò immutatio in *Feriam* II. subsequente, post *Orationem* *Ss. Innocentium* & *Commemoratio* *Dominicæ* *immediatè* *Octavæ* *Nativitatis* per *Antiphonam* *Dum medium &c.* Vers: *Verbum Caro factum est &c.* & *Orat: Omnipotens* *Sempiternæ &c.* prout notatur in propria *Rubricâ*, præfixâ Festi *S. Thomæ* *Episcopi*, & *Martyris*, necnon superius *P. I. Dominica infra Octavæ* *Nativitatis*.

*Nativitat. Domini*, Commemorati-  
onem S. Thomæ Martyris, si ho-  
die non sit Sabbatum; vel, si hodie  
sit Sabbatum, Commemorati-  
onem Dominicæ cras concurrentis subjun-  
gitur Commemoratio de *Octava Nati-  
vitat. Domini*, & in Ecclesia univer-  
si insuper Commemoratio de O-  
ctava S. Stephani *Protomart.* & S.  
*Joannis Apostoli*. Dixi: In Ecclesia  
*universali*; nam in propria Ss. Inno-  
centium Ecclesia non fit in hodiernis  
Vesperis eorum Vesperis Commem-  
oratio de *Octava Ss. Stephani*, &  
*Joannis*, sed tantum *Festi*, aut *Domi-  
nicæ*, cras subsequenti, & *Octava  
Nativitatis Domini*, per Rubric. Gener.  
supra cit.

Quod si S. Thomas Cantuarien-  
sis celebraretur alicubi *Ritu duplici* mi-  
nus, sit hodie de illo (& quidem  
de Job) Commemoratio, ac cras  
de eodem *Officium*, & *Missæ* etiam  
faciunt, quando is venit in *Dominica*,  
et quæ Commemorati-  
onem ibi Commemoratio *Octava-  
rum Nativitatis, S. Stephani, & S.  
Joannis*, *Officium* autem *Dominicæ  
Nativitatis* transfertur  
in ejusmodi Ecclesia in Feriam  
subsequentem, nisi & ipsa fue-  
rit impedita *Festo duplici*; tunc enim  
de *Dominica* Commemoratio  
in hodiernis *Vesperis*, & *crastino Of-  
ficio*, nec non in *crastina Missa*, cum  
de eadem *Dominica* *Lectio* in  
eodem *Officio*, & *ultimò* in *Missæ*

*crastina Evangelio*: post Commem-  
orationem verò *Dominica* fieret e-  
tiam Commemoratio *Octavarum*,  
hodie quidem *Octavæ Nativitatis*,  
necnon *Octavæ S. Stephani, & S.  
Joannis*; cras verò etiam *Octavæ  
Ss. Innocentium MM.* salvis tamen  
suprà dictis, & mox dicendis. Co-  
lor ei *Festo* *Conveniens*, de quo  
dictæ sunt *Vesperæ à Capitulo*.

Quod si alicubi S. Thomas Can-  
tuariensis sit *Titulus Ecclesiæ*, & conse-  
quenter *duplici* 1. *Classis*, *Antiphonæ*,  
& *Psalmi* dicentur hodie *Ritu dupli-  
ci* de *Nativitate*, ut supra; at verò  
à *Capitulo* dicentur de S. Thoma  
Cantuariensi, ut in 1. *Vesperis* de  
Communi un. *Martyr.* cum propria  
*Oratione*, ac *Commemoratione  
Ss. Innocentium MM.* (ut ibi in II.  
eorum *Vesperis*) & *Octavæ Nati-  
vitat. Domini* tantum, non verò  
*Octavæ Ss. Stephani, & Joannis*,  
de quibus etiam in *crastino Officio*  
ac *Missæ* nulla fiet *Commemoratio*,  
uti nec de *Octava Ss. Innocentium*  
in iisdem. *Col. Rub.*

Pro coronide *Singularium*  
hujus *Festi*, resolvendus est hic Ca-  
sus, à quodam R. D. Parocho cu-  
jusdam Oppidi 4. *Circiter* *Horis*  
*Oenipontò* distantis, per quemdam  
P. *Missionarium* è *Nostri* aliquot  
abhinc annis mihi propositus: Du-  
bitabat is, quomodo hac die *Ordi-  
nandum* esset *Officium*, & *Missæ* ho-  
die à se dicenda de *Anniversario*

[Nnn 2]

De-



Dedicationis cujusdam suae Ecclesiae, quantumvis occurrente in ipso Feslo Ss. Innocentium? Lustrans Gavantum deprehendi, hunc ipsum Casum etiam ipsi jam olim fuisse propositum, & doctissime ab eodem resolutum Tom. II. S. 6. c. 6. n. II. ubi ita scribit: Occurrit in Urbe N. Dedicatione Ecclesiae Cathedralis in Feslo Ss. Innocentium: quæsitum est à me, qualiter Officium recitandum erit? Respondi, ex vi Rubricarum in I. Vesperis post Antiphonas, & Psalmos de Nativitate, Capitulum cum reliquis dici debere de Dedicatione, & cum Commemoratione S. Joannis, cujus Feslum est duplex 2. Classis, & Octava Nativitatis Domini, qua nunquam omittitur; de S. Stephano autem nihil; quia de die infra Octavam nihil fit in Feslo 1. Classis. In Laudibus, & Missa de Dedicatione fit tantum Commemoratio de Nativitate. In II. Vesperis Antiphonæ, & Psalmi de Nativitate, Capitulum, Hymnus &c de Dedicatione, Commemoratio de Sequenti Feslo S. Thome, vel Dominicâ, & de Nativitate; non autem de Diebus infra Octavas Ss. Stephani, & Joannis ex Rubric. IX. de Commemorationibus n. 4. in fine. Non fit Octava de Dedicatione; quia prohibita est in postrema Recognitione Breviarij: Feslum Innocentium regulariter celebrandum erit in ejusmodi Ecclesia in die Octava eorumdem; & quia de iisdem non fit eo casu Octava, poterit dici Te Deum, cum consequentibus una cum Eccl. universali; &

interim nulla fiet de ijs Commemoratio infra Octavam Nativitatis, quia non celebratum fuit Feslum. Sed eo casu quò Feslum hoc (Ss. Innocentium) occurrit in Feria V. celebrabitur in Sabbato sequenti, quòd eo casu erit dies infra Octavam Nativitatis, infra quam fit duplici, præsertim 2. Classis, etiam translato: eò autem anno, quò occurrit in Sabbato, celebrabitur in Feria II. sequenti quia de duobus Feslis translatis, Innocentium, & S. Thome, de digniori præsertim est recitandum Officium; & Feslum S. Thome celebrabitur prima die non mota post Octavam Epiphaniæ, ex prædictis Rubricis. Ità ferè Gav. à curia tamen Resolutione quoad ea, quæ habentur in fine à Verbis illis: &c. autem anno &c. recedendum præ Henric. Pifart. in Direct. Can. c. 1. Prop. de Temp. n. IX. eò quòd ea quæ ibi dicit de transferendo in eo casu S. Thome Cantuariensi post Octavam Epiphaniæ ipse repugnant videantur Rubricæ Gener. X. Tit. de Translat. Feslorum n. 5. necnon Decretis S. R. G. de anno 1698. 21. Decembris & 1702. 16. Septembris ab eodem Reflex: 6. in prædictis Titul. relatis, de quibus supra infra. P. III. in Corollarijs Tituli De occurrent. & concurrent. Corollarij 3.

29. S. THOME Cantuariensis Episcop. & Confess. Semiduplex in Ecclesia universali, sine Precibus Dominicis; ac Suffragijs Sanctor. Col. Tit. Si

veniat hoc Festum in Dominica, infra Octavam Nativitatis ex Missa Festi, uti & ( in Ecclesia universali ) Commemoratio de die infra Octavam S. Stephani, necnon de die infra Octavam S. Joannis, ac denique de die infra Octavam Ss. Innocentium; quæ tamen 3. ultimæ Commemorationes non fiunt in propria Ecclesia S. Thomæ Cantuariensis, seu ibi, ubi est Duplex 1. Classis, per Rubric. Gener. sæpius jam alleg. bene tamen de Die infra Octavam Nativitatis.

Missa de S. Thomæ Cantuariensis dic. prout notatur in Proprio de Tempore post Festum Ss. Innocent. M. M. cum Glor. & Cred. fitque in ea Commemoratio 4. Octavarum in Ecclesia universali; at verò in Ecclesia propria solius Octavæ Nativitatis Domini. Præfatio, & Communicantes dicuntur pariter de Nativitate, ut præcedentibus Diebus. Col. Rub.

Quia Octava Nativitatis Christi non est specialiter privilegiata, ideo Diebus infra illam occurrentibus Officiò duplici non impeditis, olim non prohibebantur Missæ votivæ privata de Sanctis, neque etiam Missæ privata de Requiem, dici tamen debent in prioribus non modò Communicantes, sed etiam Præfatio de Nativitate Domini, etiam si alioquì propriam haberent Præfationem; in posterioribus verò ( nempe Missis de Requiem ) semper dici Communican-



tes Commune, & Præfatio Communis, etiamsi infra hanc Octavam dicantur. At juxta dicta fol. 457. & dicenda de *Missis* votivis infra P. III. nunc prohibentur.

In II. Vesperis S. Thomæ Cantuariensis, quando Is non venit in Dominica, Antiphonæ, & Psalmi dic. Ritu Semidupl. de Nativitate Domini, ut in 2. Vesperis Festi, à Capitulo verò, nisi sequens dies sit Sabbatum, dicuntur in Ecclesia universali de *Dominica infra Octavam Nativitatis*, ut ibi, & supra P. I. Tit. De *Dominica infra Octavam Nativitatis*, cum Commemoratione S. Thomæ Cantuariens. & quatuor Octavarum ut ibidem. *Color Albus*. Quòd si verò sequens dies sit Sabbatum, tunc à Capitulo non dicuntur de *Dominica infra Octavam*, sed in Ecclesia universali non modò Antiphonæ & Psalmi (Ritu tamen solummodo *Semiduplici*) sed etiam Capitulum, ac reliqua dicuntur tunc ut in secundis Vesperis Nativitatis Domini, etiam ipsa Oratio *Concede, quesumus*, cui subjungitur Commemoratio de S. Thoma Cantuariens. deinde 3. Octavarum S. Stephani, S. Joannis, & Ss. Innocentium M. M. ut ibi, & in 2. Vesperis horum Festorum. *Col. Alb.* Vide dicta superius P. I. Tit. de *Dominica infra Octavam Nativitatis*.

Ubi S. Thomas Cantuariensis est Patronus Titularis Ecclesia, ibi Ve-

pera hodierna (etiam cum Festum illius incidit in *Dominicam*, vel *Sabbatum*) dicuntur quidem usque ad Capitulum (Ritu tamen *duplici*, ut est, duplicando, seu integre, ut & post Psalmos dicendo *Antiphona*) uti in 2. Vesperis Festi Nativitatis, à Capitulo verò dicuntur pariter *duplici* de S. Thoma Cantuariens. ut in II. Vesperis un. Nat. cum propria tamen Oratione; cui subjungitur Commemoratio de *Dominica infra Octavam Nativitatis*, de qua (nisi cras sit Sabbatum) sequenti, seu crastina fiet Officium; post Commemorationem verò *Dominica infra Octavam Nativitatis* fit etiam Commemoratio de *Octava Nativitatis*, non item de 3. reliquis Octavis, nempe Ss. Stephani, Joannis, ac Ss. Innocentium in ejusmodi loco per Rubr. Gen. IX. n. 4. Si autem Dies crastinus sit Sabbatum, tunc ibi, ubi S. Thomas Cantuariensis est Patronus Titularis Ecclesiæ, in Vesperis hodiernis, dictò modò de S. Thoma à Capitulo dicendis fiet Commemoratio solius Octavæ Nativitatis in secundis Vesperis Festi Nativitatis.

Ubi Festum S. Thomæ Cantuariensis occurrens in Dominica tantum duplex per annum, ibi de sequenti fit Officium de die infra Octavam Nativitatis Domini, ut ibi & supra P. I.

39. Quando Festum S. Thomæ Cantuariensis incidit in Dominicam, vel Sabbatum, dicuntur quidem usque ad Capitulum (Ritu tamen duplici, ut est, duplicando, seu integre, ut & post Psalmos dicendo Antiphona) uti in 2. Vesperis Festi Nativitatis, à Capitulo verò dicuntur pariter duplici de S. Thoma Cantuariens. ut in II. Vesperis un. Nat. cum propria tamen Oratione; cui subjungitur Commemoratio de Dominica infra Octavam Nativitatis, de qua (nisi cras sit Sabbatum) sequenti, seu crastina fiet Officium; post Commemorationem verò Dominica infra Octavam Nativitatis fit etiam Commemoratio de Octava Nativitatis, non item de 3. reliquis Octavis, nempe Ss. Stephani, Joannis, ac Ss. Innocentium in ejusmodi loco per Rubr. Gen. IX. n. 4. Si autem Dies crastinus sit Sabbatum, tunc ibi, ubi S. Thomas Cantuariensis est Patronus Titularis Ecclesiæ, in Vesperis hodiernis, dictò modò de S. Thoma à Capitulo dicendis fiet Commemoratio solius Octavæ Nativitatis in secundis Vesperis Festi Nativitatis.

Cantuariens. venit in Dominica, tunc juxta heri dicta in Ecclesia universaliter transferretur in hodiernam festam II. quâ fit de illo usque ad Vesperas hodiernum Officium, & Missa, modò hesternâ die declarata, cum Commemoratione 4. Octavarum: in secundis autem Vesperis S. Thomæ hodie celebrari dicuntur tunc Antiphonæ, ac Psalmi de Nativitate *Ritu duplici*, Capitulum, & alia deinceps eodem Ritû duplici de S. Silvestro Pap. ac Confessor. ut in I. Vesperis de Communi Confessor. Pontif. Orat: *Da, quoniam &c.*, ex eodem Communi, & eique subjungitur Commemoratio de S. Thoma Cantuariens. & 4. Octavis, ut in Breviario *Dominica infra Octavam Nativitatis. Col. Alb.*

Quando verò Festum S. Thomæ Cantuariens. non venit in Dominica, tunc die proximo post ejus Festum, nempe hodie ( dummodo non sit *Sabbatum* ) fit in Ecclesia universaliter Officium, & Missa de *Dominica infra Octavam Nativitatis: Dominica*, ut in Proprio de Tempore *Dominica infra Octav. Nativitatis*, ut supra P. I. Titulo eodem, cum Commemoratione S. Thomæ Cant. in I. Vesperis, & 4. Octavarum in iisdem, & hodiernis Laudibus, ut ibi in Breviario. *Col. Alb.* Dixi autem: *Dummodo hodie non sit Sabbatum*; nam si dies proxima post Fe-

stum S. Thomæ Cantuariensis; nempe hodierna, fuerit *Sabbatum*, tunc hodie Officium, & Missa non dicuntur de *Dominica infra Octavam Nativitatis*, sed de *currente Octava Nativitatis*, dicendo omnia uti in Rubrica gemina ( ad finem Officij *Dominica infra Octavam Nativitatis Domini* in Breviario Romano extrante ) præscribitur; juxta quam in eo Casu ( quò nempe dies proxima post Festum S. Thomæ Cantuariensis, nempe hodierna, est *Sabbatum* ) Officium hodiernæ diei fit de *Die infra Octavam Nativitatis* in hunc modum: In II. Vesperis S. Thomæ Cantuariensis ( nempe hesternis ) omnia dicuntur sicut in 2. Vesperis Nativitatis Domini ( nisi quòd Antiphonæ non duplicentur ) etiam Capitulum, Versus, Antiphona ad *Magnificat*, & Oratio: post Orationem verò ( quæ, ut dixi, dicitur ut in Festo Nativitatis ) fit Commemoratio S. Thomæ Cantuariens. dein S. Stephani, & reliquarum duarum Octavarum, ex 2. earum Vesperis, ut in Breviario Romano post Orationem *Dominica infra Octav. Nativitatis: in I. ejus Vesperis* singulæ notantur. Ad *Matutinum* tunc hodie pariter omnia dicuntur ( *atamen sub Ritu semiduplici* ) ut in die Nativitatis Domini, præter Lectiones, quæ in I. & II. Nocturno dicuntur ut in *Dominica infra Octavam Nativitatis*, unâ cum suis *Responsionibus*.

sponsorij, ut in eadem Dominica : in III. autem Nocturno dicuntur tunc Lectiones de Homil. S. Ambrosij in Evangel. *Pastores loquebantur ad invicem &c.*, quæ extant in Breviario immediatè ante Festum S. Silvestri, unà cum suis Responsorij, quæ pariter dicuntur, ut ibi. Ad *Laudes* ( in quibus fit Commemoratio de S. Stephano, & reliquis Octavis, uti notatur in Breviar: post 9. Lectionem Festi S. Thomæ Cantuariensis ) *Ritu* itidem *semiduplici* dicendas, nec non ad *Horas minores* omnia dicuntur uti in Festo Nativitatis Christi : *Missæ* ( quæ in tali casu dicitur de Octava currente Nativitatis Domini ) prout notatur in Missali Romano post *Dominicam* infra Octav. Nativit. Domini, ac incipit : *Puer natus est nobis &c.* cum *Glor. Cred.* Commemoratione Octavæ S. Stephani, S. Joannis Apostol. & Ss. Innocent MM. Præfat. & *Communicantes* de Nativit. Domini. *Col. Alb.* Ad *Vesperas* verò hodiernas quod attinet, dicuntur quidem illæ tunc pariter usque ad *Capitulum* de Nativitate Domini ut in II. *Vesperis* Festi, & quidem sub *Ritu duplici* : à *Capitulo* autem de S. Silvestro, ut ibi, at post *Orationem* de S. Silvestro ante *Commemorationem* Omnium quatuor Octavarum fit *Commemoratio* de *Dominica* infra Octavam Nativitatis, ut ibi in primis *Vesperis* ejusdem

per *Antiphonam* : *Dum mediam* &c. *Verf. Verbum Caro factum &c.* *Oration:* *Omnipotens sempiterna &c.* & postea primum de 4. *Octavis*, ut ibidem, & supra P. I. Tit. de *Dominicam* infra Octava Nativitatis Domini.

Quòd si rotà *Octava Nativitatis* ( ut in quibusdam Ecclesijs Teste Gavanto & Arnaudo, dicit ) fit *impedita* *Festis duplicibus* tunc de *Dominica* infra Octavam Nativitatis, ne ejus *Officium* in tali loco omnino pereat, faciendus est *Commemoratio* in *Officio* & *Nativitatis* Festi occurrentis eo omnino loco, quòd de eadem *Dominica* fit *Officium* vel *Commemoratio* in Ecclesijs *universali*, ad eundem modum, ut fit, cum v. g. Festum S. Silvestri incidit in *Dominicam*.

Ubi sequens Festum S. Silvestri est *Titulus Ecclesie*, & consequenter est *duplex* 1. *Classis*, ibi in hodiernis *Vesperis* dicuntur quidem *Antiphonæ*, & *Psalmi* sub *Ritu duplici* usque ad *Capitulum* de Nativitate Domini, ut in *secundis Vesperis* Festi : à *Capitulo* verò, itidem sub *Ritu duplici*, de S. Silvestro *Papæ & Confessor.* ut supra; at tamen *Officium* fit tantum *Commemoratio* de Octava Nativitatis, nisi id Festum veniat in *Dominica*; tunc enim ante *Commemorationem* de Octava Nativitatis fit in hodiernis *Vesperis* prima *Commemoratio* de *Dominica* infra

*Octavam Nativitatis*, modò pau-  
 dè superius relatò, secunda verò de  
*Octava Nativitatis*, ut in Festo : de alijs  
 item 3. Octavis nec hodie, nec cras  
 fit in tali Ecclesia Commemoratio  
 per Rubric. Gener. sæpe sæpius jam  
 allegatam. Col. Alb.

31. S. SILVESTRI Pap. & Conf.  
 ampl. min. in Ecclesia universali.  
 Col. Alb. Officium ut in Commu-  
 Conf. Pontif. præter Lectiones,  
 que in I. Nocturno in Ecclesia uni-  
 versali sunt de Epistola ad Roma-  
 nos, cujus Initium si alicubi posi-  
 tum nondum fuisset, hac Nocte ef-  
 ferri ponendum. In II. Noct. uti  
 notantur in proprio loco in Propr.  
 de Temp. In III. Noct. de Homil.  
 in Evang. *Sint lumbi &c.* ut in Com-  
 muni Conf. Non-Pontif. i. locò :  
 Responsoria sumuntur de Com-  
 muni Conf. Pontif. Quòd si oc-  
 currat hoc Festum in *Dominica*, dic-  
 ta ea nona Lectio cum Commemo-  
 ratione ejusdem in I. Vesperis ( ut  
 hinc annotatum ) ac hodiernis Lau-  
 dibus, & quidem utrobique ante  
 Commemorationem Omnium quat-  
 uor Octavarum, de quibus post  
 cum fit pariter Commemoratio in  
 Ecclesia universali.

*Missæ*, uti notatur in Propr.  
 de Temp. ante Festum Circumci-  
 sionis Domini, diciturque in ea *Glor.*  
 & c. cum Comem. quat. Octavar. ut  
 ibi, quarum Omnium Commemo-  
 rationi præmittitur etiam Comme-  
 [ Pars II. ]

moratio *Dominica infra Octavam Na-  
 tivitatis*, ex Missa : *Dum medium Si-  
 lentium &c.* quando Festum hodie-  
 rum S. Silvestri venit in *Dominica* ;  
 & de eadem *Dominica infra Octavam  
 Nativitatis*. tunc etiam in Missa hodi-  
 dierna Festiva legitur ultimum E-  
 vangelium : *Erat Joseph, & MARIA  
 &c.* Præf. & *Communicantes* de Nati-  
 vitate Domini. Col. Alb.

*Vesperæ* hodiernæ in Ecclesia  
 universali dicuntur sub Ritu *duplici*  
 2. *Classis* de Festo crastino Circumcisi-  
 nis, quod simul est *Dies Octava Na-  
 tivitatis Domini*, dicendo Pfalmos,  
 ut in Officio parvo B. V. M. Anti-  
 phonas autem, & reliqua, prout  
 notantur in proprio loco : & in ijs-  
 dem Vesperis in Ecclesia universali  
 non fit aliqua Commemoratio, et-  
 tiam si hodie vel cras occurrat aliqua  
*Dominica*, & etiam si Festum hodie-  
 rum S. Silvestri fit Festum *duplex*,  
 adeoque juxta *Tabulam Concurrentia*,  
 & *Rubric. General IX. de Commemor.*  
*n. 6. ini.* exigere videatur sui Com-  
 memorationem, quando in Vesperis,  
 respectu sui secundis, Concurrat cum  
 sequenti Festo *duplici* 2. *Classis*; quia  
 in citata Rubrica expressè additur :  
*Nisi aliter in proprijs locis notetur, prout  
 hinc contingit, nec tamen propterea  
 in allegata Rubrica Generali ( per-  
 mittente in Festis ibi nominatis Com-  
 memoracionem de duplici præceden-  
 te in I. eorum Vesperis ) gratis poni-  
 tur etiam Festum Circumcisionis; etiam-*  
 [ 000 ]

si enim hoc per Rubricam in proprio loco extantem excludat Commemorationem *duplicis minoris* hodie celebrati ( quale in Ecclesia universalis est Festum S. Silvestri ) non tamen perinde excluderet Commemorationem Festi *duplicis 2. Classis*, si tale alicubi hodie occurreret, aut tale alicubi esset S. Silvester. C. A.

Porro ubi S. Silvester est *Titulus Ecclesie*, ibi est *duplex 1. Classis*, admittens in Laudibus, & Missa Commemorationem solummodo de *Die infra Octavam Nativitatis Christi*, non autem de *Die infra Octavam SS. Stephani, Joannis, & Innocentium*. Quod si tamen in tali loco occurrat in *Dominica*, tunc ante Commemorationem de *currente Octava Nativitatis*, facienda est etiam in tali Ecclesia in *Laudibus*, ac *Missis* Commemoratione de *Dominica infra Octavam Nativitatis* hodie occurrente, ut ibi, & de eadem *Dominica* dicenda etiam 9. Lectio in hodierno *Officio*, ac ultimum Evangelium : *Erat Joseph, & MARIA &c* ( ex *Missis* : *Dum medium &c* ) in *Missis* hodierni Festi. In II. autem Vesperis S. Silvestri ( ubi is est Patronus *Titularis* ) non amplius habent locum *Antiph.* : *Tecum Principium &c*, utpote jam terminatae in I. Vesperis ejusdem, ut norat Gavantus, consequenter sumendae in ijs erunt de *Communi Conf. Pontif.* ac *Vesperae II.* integrae ibi dicendae de S. Silvestro, ut in 2. Vesperis *Conf. Pontif.* cum

Commemorat. solius Festi *Circumlocutionis*, ut ibi in I. hujus Vesperis, non autem *Octavarum*, nec etiam *Denarii* hodie, aut cras occurrentis. Col. 4. Tamesti verò S. Silvester ( idem est juxta superius dicta de S. Thoma *Carthuariensi* ) ibi, ubi est *Titulus Ecclesiae*, sit *duplex 1. Classis*, habeatque omnia reliqua privilegia *Patroni Titularis*, non potest tamen etiam in tali Ecclesia is celebrari *cum Octava* quia ( ut supra ex Gav. notavi ) per ultimam *Breviarum Rom.* Recognitionem quibuscunque *Particularium Ecclesiarum Festis* denegantur *Octavae* à die 17. Decembris usque ad *Februarii Epiphaniae*, prout habetur in *Regula nova Generali VII. de Octav. n. 1. §.*

OFFICIA. Sanctorum, quae ubi supersunt de *Mense Decembris* transferuntur in annum sequentem. Ita decrevisse fertur S. R. C. de anno 1680. 7. Decembris.

Alicubi hodie post Vesperas *Thurificatio Domorum*, Ritu ac *Modo* in approbatis *Ritualibus* *Dionysianis* descripto : in nostro *Ritu Brixinensi* extat is P. II. c. 20. §. 241. Atque haec haec hactenus de *Modo* *Ritu Festa* ac *Professis*, diversimodis per anni decursum diversis *Temporibus* ac *locis* respectivè *Occurrentibus* *Concurrentia*, celebrandi.

Quod si aliqua illorum fuerint *Temporis* obtentura sint de *Sede Apostolica Indulto*, aut etiam *Privilegio* *Ritum* ab eo, quem modo habent

diversum, adeoque ex Festis v. g. sim-  
 plicibus, ovalura sint Festa *Semiduplicia*,  
 aut ex Festis *Semiduplicibus* Festa *dupli-*  
*cia*, aut ex Festis ad libitum Festa de  
 precepto & c. aliãvme subitura muta-  
 tionem, tunc eo proportionaliter mo-  
 dõ ordinanda erunt eorum *Officia*, ac  
*Missæ*, quõ alia ejusdem Ritûs, aut  
 Classis Festa in Ecclesia universali in  
 simili cum alijs Festis *occurentia*, vel  
*concurrentia* ordinantur in hoc Ephe-  
 merologio. Idem est de Festis, quæ  
 tractum in aliqua *Diœcesi*, *Provincia*,  
 aut quocumque alio loco, vel *Ecclesia par-*  
*ticulari*, non item in *Ecclesia universali*,  
 aut quidem etiam in *ista*, at tamen sub  
 Ritû, seu *inferiore Ritû*, quàm in ejusmo-  
 di *Diœcesi*, *Provincia*, aut loco *particulari*,  
 celebrantur; nam etiam horum *par-*  
*ticularium Festorum Officia & Missæ*  
 eodem proportionaliter modõ in e-  
 jusmodi locis sunt ordinanda, quõ  
 ordinantur in hoc Ephemerologio  
 illorum Festorum *Officia*, & *Missæ*  
 in simili *occurentia*, ac *concurrentia*,  
 quæ eundem cum Festis ejusmo-  
 di *particularium locorum Ritum* habent.  
 Idem denique est de Festis, quæ tum  
 in *Ecclesia universali*, tum etiam in alijs  
*particularibus Ecclesijs* Successu Tem-  
 poris omnino de novo, sub *quocumque*  
 eodem *Ritû*, ultra jam celebrari soli-  
 ta accedent: nam & istorum *Officia*,  
 ac *Missæ* in quacunque *Occurentia &*  
*Concurrentia* ad Normam similitum in  
 hoc Ephemerologio contentorum, &  
 eundem habentium *Ritum*, in simili

*Occurentia*, & *Concurrentia* erunt or-  
 dinanda: id quod in gratiam tum  
 eorum, qui vel suarum *Diœceson*, vel  
 aliarum *particularium Ecclesiarum* *Di-*  
*rectoria* quotannis concinnant, aut e-  
 tiam typis mandant, tum quoque il-  
 lorum, qui Ephemerologium, seu *Di-*  
*rectorium* hoc univèrsale forsan de  
 novo aliquando typis subijcere, eique  
*Festa de novo* accedentia, vel *diversum*  
 ab eo, quem hæctenus habuerunt, for-  
 tita aut sortitura *Ritum* superaddere  
 volent, annotandum existimavi: e-  
 xinde enim utrisque facile erit juxta  
 suorum locorum, ac Temporum Exi-  
 gentiam ejusmodi Festorum *Officia*,  
 & *Missas* in hac vel illa *Occurentia*, ac  
*Concurrentia* ordinare, & ubi *nova* hu-  
 jus Ephemerologij parabitur *Editio*,  
 huic omnia suis locis ad normam  
 præcedentium, necnon juxta *Rubri-*  
*carum* leges inferere: interim verõ  
 eorum, quæ successu Temporis de  
 novo accedent, inprimi aliquod po-  
 terit in eadem, quâ hoc Ephemerolo-  
 gium, formâ Supplementum, ad  
 eum proportionaliter modum,  
 quõ *Breviarijs*, ac *Missalibus* antecede-  
 rent impressis, antequam eorum  
 priora Exemplaria integrè fuerint di-  
 stracta, ac de novo edantur, addi so-  
 lent *novorum Festorum*, aut *Officiorum*  
*Supplementa*; nisi fortè locõ hujus-  
 modi Supplementi, usque dum de novo  
 Ephemerologium imprimatur, pla-  
 ceat solummodo *ultimum Partis III.*  
 hujus Ephemerologij *Titulum* ( conti-  
 nen-



nentem *Miscellanea Rubricistica ordine Alphabetico digesta* interim prælo sub-  
jicere, eidemque ea suis locis inserere,  
quæ de novo accesserint, addita in  
fine Admonitione ad Lectorem, quod  
ibi sint inveniendæ, ac suo tempore (ubi  
scilicet de novo *Ephemerologium* im-  
pressum fuerit) inde ad suos *proprios*  
*Titulos* sint transferenda.

Quoniam autem observavi, an-  
nos subin fat multos abiisse, antequam  
quarundam *Dioeceseon*, ac locorū  
*particularium* Directorijs insererentur  
quædam *Festa*, quæ diu antè Aposto-  
licæ Sedis Auctoritate vel *de novo* sunt  
addita *Festis* alijs de *Præcepto*, aut ad *Li-  
bitum* in Breviario, ac Missali Roman:  
vel *novis* respectivè *Officijs*, ac *Mil'is*,  
vel denique *novò*, aut *altiore* successivè  
Ritu sunt donata, idque solius debita  
Notitiæ defectu evenisse, ideo hujus  
quoque Notitiæ fat facilem sibi com-  
parandæ modum hinc ijs à me sugge-  
rendum, quorum id nõsse interest, pu-  
tavi, est autem iste: Pagina 1. Dire-  
ctorij Romani, pro universalis Eccle-  
siæ Directione quotannis Romæ im-  
primi Soliti, præfigitur brevis Tabela,  
continens omnia ac sola ea *Officia*,  
tam de *Præcepto*, quàm ad *libitum*, quæ  
à recentioribus Pontificibus, nempe à  
Tempore Clement. IX. (creati 1667.  
20. Jun.) usque ad modò sedentem  
Pontificem Maximum Clement. XI.  
inclusivè, de novo sunt Concessa, aut  
in præsentì conceduntur, simulque  
singulis adscriptum Ritur, quem sin-

gala eorum modò habent in Ecclesi-  
universalì: hujus igitur Tabula  
xemplar descriptum, aut ipsam  
Directorium Roman. (post cuius Ti-  
tulum impressa extrat illa Tabula)  
per Agentes, ut vocant, seu Procura-  
tores suarum *Dioeceseon*, vel *Oratorum*  
si suprà dicti sibi Romà transmi-  
ri curent, primo statim intuitu depre-  
hendent *primò*: An *Festis* hæc  
*celebratis* aliqua de *novo*, seu de *Pro-  
pto*, seu ad *libitum* sint addita? Secundo  
An aliquod, vel aliqua ex hæc  
*celebratis* *alium* obrinuerint Romæ,  
quàm hucusque habuerunt, nec ali-  
nam si Tabula, præfixa Directorio  
Romano noviter impresso, concordat  
cum Tabula Directorij impressi hæc  
nò præcedente, tunc signum est, nihil  
esse *additum*, vel *mutatum*; secus autem  
si in aliquo, vel aliquibus invicem  
discordent.

Per eosdem Agentes, seu Procura-  
tores est quoque procuranda Noti-  
tia, an aliquod Festum (ut inter  
contingit) *proprium* *Orationem*, aut  
*Missam*, vel *alias*, aut *plures*, quàm hæc  
nus, obrinuerit propr. Lect. & similia  
Quia verò non omnibus de Clero  
privatis præsertim, comparandæ  
Prædictorum Notitiæ *Modus*, per  
lò antè à me insinuat, videretur  
satis accommodatus, vel etiam op-  
portunus, ideo curabit Is, *sum-  
ptibus* ac *Typis* in lucem prælo  
*Ephemer.* hoc Rubricist. Ecclesi-  
cum, ut, si quid deinceps de novo  
Rota

nam Rubricasticam quomodolibet  
 concernens Romæ publicarum fuerit,  
 ipse tempestivè resciat, & cum  
 Superiorum Licentiâ in eum quo-  
 que finem id imprimat (in eadem,  
 hoc Ephemerologium, forma)  
 tam venditis, quam vendendis  
 editionis primæ hujus Ephemerologij  
 exemplaribus per modum Supple-  
 menti, aut Appendix superaddi ac  
 adici possit, usque dum nova ejus-  
 dem hujus Libri repetatur Editio,  
 que tunc omnia suis inferantur Lo-  
 cis, ac Titulis (vel certè horum ul-  
 tro, si ad alium revocari non pos-  
 sunt) aut etiam separatim pro Li-  
 bris queant asservari. Quisquis  
 hujus Lectorum est avidus perno-  
 tandi: An, & Quid ulterius de no-  
 va circa Rem Rubricasticam à S. Se-  
 d. apostolica, aut Sacror. Rit. Con-  
 greg. in publicum emanarit (seu  
 per modum Præcepti, seu Prohibitionis)  
 à circa Initium aut finem cujuslibet  
 anni ex eo poterit (nisi aliunde  
 jam innoverit) intelligere, cujus  
 scriptum ac Typis impressum est hoc  
 Ephemerologium, atque etiam ejus-  
 dem (Volente DEO) Supplemen-  
 ta pariter imprimantur.

Addenda suis locis II. Parti  
 Ephemerologij Ecclesiastico-  
 Rubricistici.

Pagin. 91. Column. 2. lin.  
 14. post Verba Dominicam in Al-  
 tis, addatur: Vel aliam Festo  
 Lestionum non impediram.

Pag. 93. Col. 2. lin. 25. post constat  
 addendum: Quibus adde Decretum Ge-  
 nerale S.R.C. de anno 1716. 12. Sept.  
 à S.D.N. Clemente XI. approbatum, eo-  
 jusque auctoritate Die 27. ejusdem Mensis  
 ac anni publicatum, quod ita sonat:

CUM Festum Sanctissimæ An-  
 nuntiationis sequenti Anno  
 1717. incidat in feriam V.  
 Majoris Hebdomadæ, ideoque à  
 nonnullis quæsitum fuerit, an  
 Præceptum audiendi Missam, &  
 vacandi ab operibus Servilibus  
 ad Diem, in qua ejus Officium  
 celebrari debet, sit transferendum;  
 an verò servandum sit in ipsâ feriâ  
 V. Majoris Hebdomadæ, & per  
 Locorum Ordinarios providen-  
 dum, ut eo die aliquæ Missæ pri-  
 vatæ ante Conventualem pro  
 Præcepti adimplemento celebren-  
 tur, prout in Camerinen. & pro  
 Ecclesijs Almæ Urbis mandatum  
 fuit XX. Martij 1660. Sacra ea-  
 dem Rituum Congregatio, re-  
 maturè discussâ, censuit, Præce-  
 ptum audiendi Missam, & absti-  
 nendi à Servilibus non esse trans-  
 ferendum, sed omnino servan-  
 dum esse in prædicta feria V. Ma-  
 joris Hebdomadæ, adeoque per  
 Ordinarios Locorum providen-  
 dum, ut eo die pro Civitatum,  
 & Pagorum qualitate, ac Chri-  
 sti fidelium in ijs degentium nu-  
 mero plures Missæ privatæ ante  
 celebrationem Missæ Conventua-  
 lia

[ O o o ]

" lis pro Præcepti adimplemento  
 " celebrandæ non desint, sed tamen  
 " propterea antiquus mos Commu-  
 " nionis Cleri in Missâ Solemni e-  
 " jus Diei, quo Ecclesia Sanctissimi  
 " Eucharistiæ Sacramenti institutio-  
 " nem, & memoriâ recolit, sum-  
 " mâ Religione hætenus observa-  
 " tus, nullo modo omittatur; Et i-  
 " tã declaravit, ac Decretum hujus-  
 " modi publicari, & imprimi man-  
 " davit, si sanctissimo Domino No-  
 " stro visum fuerit. Die 12. Sep-  
 " tembris 1716.  
 " Factaque per me Secretarium de præ-  
 " dictis eidem sanctissimo D. N. rela-  
 " tione, Sanctitas Sua benignè annuit.  
 " Die 27. ejusdem mensis, & anni  
 " 1716. &c.

Pag. 150. col. 1. post Lineam  
 5. addantur ab initio sequentia: 23. In  
 Societate JESU, uti & in Oppido  
 de Foncovverte Narbonensis Diocæ-  
 sis, necnon in Pago Lalovesi Vien-  
 nensis Diocæsis in Delphinatu, ac  
 Civitate Aniciensi ab omnibus utrius-  
 que sexus Fidelibus, tam Sæcula-  
 ribus, quàm Regularibus, qui ad  
 Horas Canonicas tenentur, dicun-  
 tur ex Indulto Sanctiss. D. N. Clemen-  
 tis XI. Pontif. Max. hodiernæ Vesp. &  
 crastinum Offic. unâ cum Missa (respe-  
 ctivè) sub Ritu duplici majore, &  
 Col. Alb. de B. Joanne Francisco Regis  
 Confess. non Pontif. è Soc. JESU,  
 nisi ob occurrentem Octavam pri-  
 vilegiatam Pentecostes, aut ob oc-

currens Festum mobile altioris de-  
 fis (v. g. Pentecostes, aut SS. Trin-  
 itis) ejus Officium ac Festum  
 transferendum. Celebratur autem  
 sequentem in modum: In Offi-  
 ciorum dicuntur de Communi Con-  
 fessor. Non Pontif. (cum materia  
 tertij Verlus in Hymno: *Ue Con-  
 fessor*) præter Orationem, quæ  
 propria, & à Sac. Rit. Congrega-  
 tione approbata. Lektionen I. No-  
 cturni sunt: *Jesus si mori cre-  
 dit*. II. Nocturni: *Beati Joannis*  
 III. Nocturni: *Sint lumbi &c.* in  
 dem Communi primò loco. Missa  
*Os Justi*, de Commun. Conf. Non-  
 Pontif. cum Gloria sine Credo, præ-  
 ad sint Reliquiæ insignes, aut ce-  
 bretur in Dominica. Postquam  
 men etiam quicumque exteriori  
 Sacerdotes in Ecclesiis Societatis  
 JESU eandem Missam dicere  
 Decretum Suae Sanctit. Clementis  
 de Beatificatione Ven. hujus  
 DEI die 9. Maij 1716. *Quem postea*  
 ejusdem Mensis ac Anni Ritum  
 quàm solemni, Rome in Basilica  
 Principum Apostolor. vaticana Beatus  
 declaravit, uti videre est in Relati-  
 one Italicè Impressa Romæ.

Pag. ead. 150. Col. 1. post  
 neam 27. addantur ab initio sequentia:  
 In Societate JESU, & Locis de  
 præcedente commemoratis celebra-  
 tur hodie (nisi sit transferendum)  
 Ritu ac Modò heri declarato  
 stum B. Joann. Francisci Regis  
 Conf.

Conf. Non-pontific. cum Commemoratione Dominicae ( si qua hodie celebratur ) in 1. & 2. Vesperis, Laudibus, ac Missa, nec non de eadem Dominica occurrente nona Lectio in Officio, & ultimo Evangelio in Missa: in II. verò Vesperis fit commemoratio (attamen post Commemorationem de Dominica, si qua hodie forsitan occurrat) de Festo duplici subsequente, nec non de S. Urbano Pap. ac Mart. Col. Ms. Ar nota simul paulò antè diei hac die 24. Maij.

Pag. 315. Col. 2. post lin. 9. Addenda sunt sequentia: At ex Decreto Sanctiss. D. N. CLEMENTIS Pap. II. anno 1716. die 3. Octobr. Officium & Missam SS. Rosarij ad universalem Ecclesiam, ob relatam die 5. Augusti in Festo Dedicationis S. V. ad Nives ab Exercitu Augustissimi CAROLI VI. in Imperatorem electi Romanor. Regis, de numeris Turcarum Copijs in Hungaria Victoriam extendentis, ubique deinceps sub Ritu dupl. maj. Officium ac Missa celebranda est Dominica I. Octobr. ab omnibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, Solennitas SS. Rosarij, uti in Dedicatione S. MARIE ad Nives 5. Augusti, ac proprio loco, cum 9. Lectione, & Commemoratione de Dominica in Laudibus, Vesperis, ac Missa, & cum ultimo de eadem Dominica in hoc Evangelio. Oratio propria. In

Missa Gloria & Cred. Pref. de B. V. & Co. Col. Alb. Porrò

Decretum, de mandato Summi Sanctitatis super celebranda ubique deinceps predicta Solemnitate editum, in eà sonat:

CUM aliàs fel. rec. Gregorius PP. XIII. attentè considerans „ celebrem Victoriam, quam Christianorum Classis in virtute Domini „ DEI Sabaoth decertans, sub San. memo „ Pio PP. V. ejus Prædecessore, non longe à Corinthiaco Sinu, die VII. Octobris M. D. LXXI. quæ eo anno prima „ Dominica ejusdem Octobris fuerat, de „ Classe Turcarum, numero licet longè „ superiore, & præteritis elatà Victorisè „ mirabiliter reportaverat, eadem plans „ die contigisse, qua Sodalitates omnes „ sub Invocatione Sanctissimi Rosarij „ (quod etiam Pfalterium Beatissimæ Virginis MARIÆ nuncupatur) per universum Terrarum Orbem erectæ, juxta „ earum lauda biliter institutas consuetudine processionaliter incedentes, devotas ad Deum preces effudisse compertum erat, adeoque pie credi poterat, „ preces hujusmodi per intercess. SS. Virginis ad dictam Victoriam consequendam plurimum profuisse; ad illius memoriam perpetuò conservandam, agendamque eo nomine omnipotenti DEO, ejusque gloriosissimæ Genitrici perennes gratias, per suas literas die primæ „ Aprilis 1573. expeditas decreverit, ut ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus qualibet primâ die Dominicæ „ Mensis Octobris per universi Orbis partes, in ijs videlicet Ecclesijs, in quibus „ Altare, vel Capella ejusdem Rosarij foret, ab omnibus, & singulis utriusque Sexûs Christianis festum solenne sub nuncupatione Rosarij hujusmodi dupli-

„ci majeri Officio, ad instar aliarum so-  
 „lemnium Festivitatum celebraretur, &  
 „Sanctificaretur, eaque die Officium de  
 „eadem Beatissima Virgine novem Le-  
 „tionum more Ecclesiastico persolvere-  
 „tur, & recitaretur. Subinde verò rec.  
 „mem. Clemens PP. X. ad pias, devotaf-  
 „que preces clar. mem. MARIE, dum  
 „vixit, Hispaniarum Reginae Catholicæ,  
 „tunc Vidux, per similes suas in forma  
 „Brevis literas die 16. Sept. 1671. expe-  
 „ditas indulserit, ut festum solemnè Rosa-  
 „rij à memorato Gregorio XIII. sicut præ-  
 „mittitur, institutum. ab omnibus, & sin-  
 „gulis utriusque sexus Christianis fidelibus, tam  
 „secularibus, quam Regularibus, qui ad  
 „Horas Canonicas tenentur, in omnibus  
 „Ecclesijs Hispaniarum, aliorumque Re-  
 „gnorum, Provinciarum, ac Dominiorum  
 „Regi Catholico subsectorum, etiam si in  
 „dictis Ecclesijs non adesset Altare, seu Ca-  
 „pella ejusdem Rosarij, celebraretur cum  
 „Officio, ac Missa proprijs, & alijs, prout  
 „in ambabus Apostolicis literis suprãdi-  
 „ctis uberiùs continetur : ac successivè e-  
 „jusmodi Indultum diversis temporibus à  
 „S. R. C. ad plures tam intra, quam extra  
 „Italiã Provinc. Ditiones, Civitates, Dicc-  
 „cesi pari modo extensum fuerit. Cùm-  
 „que postea eadem Cong. ad enixas clar. e-  
 „tiam mem. Leopoldi, dum vixit, Roman.  
 „Reg. in Imp. electi, humilissq; P. F. An-  
 „tonini Cloche Ord. Prædicator. Magistri  
 „Gen. Supplicat. piæ mem. Innocentio Pã-  
 „pæ XII. portectas, & ab illo ad dictam  
 „Congr. remissas, in eaque ab Eminent. &  
 „Rev. mo Dom. Card. Barbarino relat. Of-  
 „fic. & Miss. SS. Rosarij hujusm. die ipsius  
 „festi ad univ. Eccl. absq; ulla restrictio-  
 „ne extendi posse censuerit, si ita eidem In-  
 „noc. XII. placuisset; verùm hujus Decreti  
 „relatio dicto Innoc. XII. ob superventam  
 „ejus infirmitatem, ac deinde secretatim  
 „tum fieri nequiverit : Sanctiss. autem  
 „N. Clemens Pãpa XI. ejus Successor  
 „cumq; hac in re resolution. hucusq; præ-  
 „lerit : noviss. Sanct. sua animadver-  
 „nuperam insignem Victor ab Erev. Ro-  
 „guitiss. Caroli VI. similiter Rom. Reg.  
 „Imper. elect. de innumeris Turc. Copijs  
 „Hung. relatam V. Aug. proximè præce-  
 „ti, hoc est, Festo Dedic. S. Mariæ ad Niv-  
 „co fermè temp. quo Confratres Sodal.  
 „Rosar. publicam Process. in hâc Alim-  
 „be, magno Populi concursu, Devoti  
 „agentes, pias ad Deum preces præ-  
 „depressionè effundebant, atq; ad illi-  
 „diss. Deiparæ Virg. Patroc. in Arca-  
 „stian. humiliter implorabant, obno-  
 „uisse; nec non insuper perpendens Cr.  
 „& Arcem Corcyrense paulo pòst, vide-  
 „cet in Oct. Festi Assumpt. Sanctiss. Virg.  
 „prædictæ ab inimicissima eorumd. Turc.  
 „oppugnatione feliciter liberatam fuisse,  
 „adeoq; non tantù præclara hæc benefi-  
 „ejusd. Deiparæ, ut piè credendum est,  
 „tercessionè Nobis à Dño collata fuisse,  
 „verùm etiam sub illius præsidio (parto-  
 „tim Christi fidel. Rosar. prædictam  
 „adhortationes, dudum jussu Sanctiss. Ro-  
 „factas, quotidie ac devotè recitare pop-  
 „tibus) feliciores in dies eventus Chri-  
 „armis sperari meritò posse : ut contra  
 „del. erga ipsam Gloriosiss. Virg. nob-  
 „mentius inflammentur, gratianis  
 „litus concessar. memoria nunquam extin-  
 „guatur, Decr. Congr. prædictæ bene-  
 „approbavit, ac Offic. propr. subtrita  
 „maj. nec non Miss. Rosar. die illius festi  
 „nempe Dnicæ. 1. Oct. ab univers. Chri-  
 „sti fid. qui ad Hor. Can. tenentur, singulis  
 „annis recitari, & respectivè celebrari  
 „in Breviar. & Missali Rom. appo-  
 „davit. Die 3. Octobris. 1716.

Finis Partis Secundæ.